Secunda ratio, quare concilium Tridentinum hac de re sese occupavit, est quod augustissimus hic et omni venerationie dignisimus senatus tractat gravissima totius orbis catholici negotia. Naturae autem rei convenit, ut senatus totius orbis terrarum negotiis gravissimis tractandis et definiendis destinatus, in constitutivis suis partibus aeque communis sit, et quidem ut omnis gens et natio catholica (quantum saltem possibile est) in hocce senatu sui causarumque gerendarum suarum advocatos et patronos reperiat. Fit hac ratione, ut negotia gravissima ecclesiae certe non maiori maturitate, non maiori gravitate quam nunc (quia pertractantur certe summa cum gravitate), sed ampliore rerum totius orbis cognitione, et magis accommodata ad veras et reales non unius sed omnium ecclesiarum indigentiis; accommodata ad vota et desideria omnium gentium et populorum, quo hae summi momenti decisiones omnes maioris reverentiae, et pietatis et obedientiae sensu accipiantur et colantur. Accedit hoc modo, mea sententia saltem, pretiosa illa unitatis vincula, quae nos cathedrae Petri ligant, actum iri. Romam tendunt omnia, venerandi Patres, Romam propter potentiorem eius principalitatem; Romam tendunt imprimis omnes ii, qui miseriarum huius vitae pertaesi aspirant ad munera immortalitatis, quorum praecipua mediatrix Roma est. Sed tendent alacrius et numerosius, si sciverint gentes et nationes Romae praeter communem et amantissimum patrem, inventuras etiam viros in summa dignitate et auctoritate constitutos, qui sese et gentis suae eodem modo amantes sunt, quo

1. s razloga, što iz ovog uzvišenog senata proizlazi ona najviša i gotovo božanstvena vlast i svakako potrebna crkvi, što je njezin vječni i nepomični temelj, a također i temelj čitavom čovječanstvu, jer je kao ugaoni kamen svekolikog društvenog poretka. Ništa nije u samoj ideji i svom pojmu od ove božanstvene vlasti većma općenito, ništa većma svima zajedničko, ništa većma strano od svake primjese nacionalnih elemenata. Želio bih dakle slijedeći stopama tridentskog sabora, da ova vlast u samom svom postanku nosi na sebi taj značaj općenitosti; da onaj, koji je zajednički otac svih kardinala, zajednički učitelj i sudac, proizlazi iz krila čitave majke crkve, te da se čini da je i u prvom svom postanku doista glasanjem sviju utvrđen i postavljen. Oko toga se nastojalo nekoć, a također se i danas nastoji zato, da poraste kod sviju sila i snaga ove vlasti, i da se svagdje smjesti i traži, gdjegod je sebi samomu pripravio mjesto Gospod naš Isus Krist svojim svetim zakonom i jakošću, što više i svojim darovima i milošću, a ponajdraže u srcu i savijesti svih smrtnika, kakono ova božanstvena vlast, koja se na sve proteže, bude od sviju jednako ljubljena, štovana i pažena; i, kako je onaj prelat rekao, između svih naroda da postaje jedan pastir i jedan ovčinjak, ako (kašto mislim i uvjeren sam) sve ovo bude, što naročito pripada svetoj majci crkvi i njezinoj božanstvenoj vlasti, pozivu i određenju. Drugi razlog, zašto se tridentski sabor zabavio ovim pitanjem, jest taj, što ovaj preuzvišeni i svakog poštovanja najdostojniji senat raspravlja o najzamašnijim poslovima čitavoga katoličkog svijeta. Prirodno je pak, da senat, koji je određen da raspravlja i određuje o najzamašnijim poslovima čitavog svijeta, bude također u svojim sastavnim dijelovima jednako zajednički, biva da svako pleme i katolička narodnost (koliko je barem moguće) u ovom senatu nalazi kako svoje branitelje i zaštitnike, tako i za vođenje svojih poslova. Na ovaj način polučilo bi se, da se najzamašniji poslovi crkve ne bi pretresali sigurno većom zrelošću, ne većom ozbiljnošću negoli sada (jer se sigurno pretresaju s najvećom ozbiljnošću), nego sa širim poznavanjem prilika čitavog svijeta i većma bi se prilagođivali zbiljskim i stvarnim potrebama ne samo jedne, već i sviju crkvi; prilagodivši se željama i težnjama svih plemena i naroda, prihvaćale bi se i poštivale sve ove prevažne odredbe većim čuvstvom poštovanja, pobožnosti i poslušnosti. Na ovaj bi način, po mom barem mišljenju, bio proveden onaj dragocjeni vez jedinstva, što nas veže s Petrovom stolicom. K Rimu teži sve, poštovani oci, k Rimu teži zbog njegova jačeg prvenstva; k Rimu teže prije svega oni, kojima su dodijale nevolje ovoga svijeta i čeznu za darovima besmrtnosti, kojih je Rim naročitim posrednikom. Ali težit će još življe i brojnije, ako budu plemena i narodi znali, da će u Rimu pored zajedničkog i preljubljenog oca naći također muževe postavljene na najvišem dostojanstvu i ugledu, koji njih i svoj narod jednako ljube, kašto je ljubio sveti Pavao Apostol, koji, premda je bio određen za sve narode, rekao je da je želio za svoje suplemenike Židove biti anatema.

Što sam poštovani oci rekao, slijedeći stope tridentskoga sabora, o ovom najuzvišenijem zboru, držim, da valja reći isto i o onim poštovanim zborovima, što raspravljaju o najzamašnijim poslovima crkve. I ovi bi se po mom mišljenju morali isto tako učiniti općenitima, te ne bi samo najodličniji i najučeniji muževi iz krila samo jedne crkve imali u njima udjela, već koliko je to moguće, da bi u njima bili

modo amans fuit sanctus Paulus apostolus, qui licet omnibus gentibus destinatus, dixit se cupiisse pro contribulibus suis Judaeis anathema esse.

Quod dixi, venerandi patres, vestigiis insistendo concilii Tridentini de augustissimo hocce collegio, idem existimo dicendum fore de venerandis illis congregationibus, quae negotia gravissima ecclesiae tractant. Etiam ea, meo iudicio, universalizari ita deberent, ut non tantum viri praestantissimi et doctissimi ex unius ecclesiae sinu prodientes partem capiant; sed quantum est possibile, ex omni gente et natione viri pii, docti ac graves. Haec reformatio harum congregationum perfecta erit, si ab iisdem resecentur omnia, quae minoris momenti sunt, quae proinde suis locis bene definiuntur. Nam generale et ab omnibus adhibitum principium est, quod ille, qui minimis et minus necessariis et superfluis intentus est, quandoque necessariis deest.

Secundum quod in schematibus nobis exhibitis, mea saltem sententia, adesse deberet, deest autem, est quod saepius hoc loco commemoratum est, nempe modus quo sedibus vacantibus episcopalibus providendum est. Hic, venerabiles patres, totius rei cardo vertitur; haec una ex gravissimis ecclesiae necessitatibus est; hic nisi fallor tota causa libertatis ecclesiae vertitur. Pia quidem et sancta certe intentione schematis auctores existimarunt, principes huius saeculi et magistratus interpellandos esse, ut praesidio sint libertati ecclesiae. Verum pace eorum dictum esto, rem hanc primum esse periculosam, secundo frustraneam. Periculosam: quia hodie etiam hoc loci observatum, et bene observatum est, hoc principum praesidium, hanc advocationem et protectionem saepe saepius in ecclesiae humiliationem et servitutem degenerasse. Frustraneam: nam in hodierno rerum statu principes etiamsi velint, libertati ecclesiae praesidio esse non possunt: nam in plerisque regnis legibus ita dictis fundamentalibus, et hinc inde iurata etiam fide prohibentur. Non possunt hodierna die principes ad petulantia ingenia, et molimina hominum perditorum refraenanda nobis offerre ullum repressionis remedium, ullam legum poenalium auctoritatem et severitatem, quin ipsi populorum indignationem contra se moveant, et turbas excitent: imo non tantum contra se, sed ut hoc loco dictum est, etiam contra ecclesiam et contra sacerdotium[4]). Mea opinio est, si ecclesiae praesidio quidem externo opus esset ad libertatem suam tuendam, illud ecclesiam nullibi quaesituram et inventuram amodo et in posterum, quam in publico iure et in publicis populorum libertatibus; ut ita etiam illo medio, quo perditi homines utuntur ad ecclesiae sanctam causam oppugnandam et ad mores corrumpendos, ecclesia maiori vi et alacriori modo ipsa illud convertat ad suae et populorum et sanctae causae defensionem.

Verum in externis vix aliquid ecclesiae erit praesidio: et Dominus cum Petro vetuit evaginare gladium ad sui defensionem, cumque in ara crucis hostiam semet immolavit pro aeternis veritatis et iustitiae iuribus, ecclesiae suae aliud praesidium libertatis paravit, illud quidem internum tanti valoris ut omnium externorum defectum resarciret. Ipsum autem etiam abundantissimus resarciri externis praesidiis non potest, et hoc praesidium est fortis et constans animus episcoporum, qui ad exemplum Christi mille vicibus potius mori, quam ullo modo sanctam episcoporum vocationem et libertatem ecclesiae prodere parati sunt. Certe magnum divinum munus sunt principes boni, ma-

muževi pobožni, učeni i ozbiljni od svakoga plemena i narodnosti. Ta obnova ovih zborova bit će savršena, ako se od njih odijeli sve, što je manje znatno, i što se po tom na svojim mjestima dobro opredjeljuje. Jer glavno i od sviju priznato načelo jest, da onaj, koji je zaokupljen najneznatnijim, manje potrebnim i suvišnim stvarima, katkada zanemaruje ono što je potrebno.

Drugo, što bi po mom se barem mišljenju moralo nalaziti u tekstovima, koji su nam podastrti, a ne nalazi se u njima, jest ono što je već češće na ovom mjestu spomenuto, a to je način, kako bi valjalo popunjivati upražnjena biskupska mjesta. Oko toga, poštovani oci, kreće se čitava stvar, kao oko stožera; to je jedna od najprečih potreba crkve; o tom, ako se ne varam, zavisi svakolika sloboda crkve. Sastavljači teksta držali su doduše u pobožnoj i zacijelo svetoj nakani, da se valja utjecati svjetovnim vladarima i poglavarstvima, da zaštićuju slobodu crkve. No čast njima, ali ja kažem, da je ta stvar ponajprije pogibeljna, a drugo i uzaludna. Pogibeljna: jer je još i danas na ovom mjestu netko primijetio, i to sasvijem dobro, da se ova pomoć vladara, ovaj zagovor i zaštita prečesto izrodila na poniženje i ropstvo crkve. Uzaludna: jer kakove su danas prilike, vladari sve kad bi i htjeli, ne mogu zaštićivati slobode crkve, jer im se to zabranjuje u mnogim državama takozvanim temeljnim zakonima, dapače tu i tamo pod zakletvom. Danas nam ne mogu vladari pružiti nikakva protusredstva, nikakva ugleda i strogosti kaznenih zakona, da se obuzdaju razvratni duhovi i predriječe pothvati propalih ljudi, a da sami (vladari) ne izazovu protiv sebe negodovanje naroda i da ne uznemire mnoštva; što više, ne samo protiv sebe, već kako je na ovom mjestu rečeno, također protiv crkve i svećenstva. Moje je mnijenje, ako crkva baš potrebuje izvanje pomoći za obranu svoje slobode, da to crkva ne kani ni sada ni kasnije nigdje drugdje tražiti i naći, nego u javnom pravu i javnim sloboštinama naroda; tako bi crkva i ono sredstvo, što ga propali ljudi upotrebljuju na zator svete crkve i na kvarenje ćudoređa, jačom snagom i uspješnijim načinom obratila na svoju obranu, obranu naroda i svoje svete stvari.

Doista, izvana jedva će tko štititi crkvu: i Gospod, kad je zabranio Petru izvlačiti mač iz korica na svoju obranu, i kad je na žrtveniku križa prinesao samoga sebe kao žrtvu za vječna prava istine i pravde, pripravio je svojoj crkvi drukčiju zaštitu slobode, a to je unutrašnja, koja vrijedi toliko, da nadomješta pomanjkanje svih izvanjih zaštita. Ta pak zaštita ne može se nadoknaditi ni najobilnijim izvanjim zaštitama, a ta zaštita jest hrabar i postojan duh biskupa, koji su po uzoru Kristovu spremni tisuću puta radije umrijeti, nego li ikojim načinom izdati sveto biskupsko zvanje i slobodu crkve. Bez sumnje veliki su dar Božji dobri vladari, dobra poglavarstva; ali još usrdnije valja prositi Gospoda da se njegovoj crkvi dade dobar biskup, da joj se davaju Hrizostomi, Atonaziji, Ambroziji, Anzelmi, i crkva ne će izgubiti svoje slobode ni u pomanjkanju svih izvanjih zaštita, a ni posred bura, što više, kako se dolikuje, crkva će ustati iz tih pogibli i progonstava još snažnija i slobodnija. Valja dakle ovdje ozbiljno promisliti o toj stvari, jer o tom ponovno naglašujem, zavisi sva sloboda crkve.

Nekoć, kad je crkva dopustila pravo svjetovnim vladarima i poglavarstvima da imenuje biskupe i druge crkvene dostojanstvenike,

gistratus boni; sed maioribus votis expetendum est a Domino ut ecclesiae suae detur bonus episcopus, dentur Chrysostomi, dentur Athanasii, dentur Ambrosii, dentur Anselmi, et in defectu omnium externorum praesidiorum ecclesia in medio etiam tempestatibus suam libertatem non perdet, imo ut decet, ecclesia ex iis periculis et persecutionibus fortior adhuc et liberior emerget. Hic igitur de hac re cogitandum serio; quia in hac causa, repeto tota ecclesiae libertatis ratio continetur.[5])

Cum olim ecclesia principibus et magistratibus huius saeculi ius concessit episcopos et alias ecclesiasticas dignitates nominandi, confisa fuit in pietate, in fide et amore principum erga ecclesiam; confisa fuit quod principes huius saeculi ecclesiae daturi essent tales viros, qui revera vocationis suae episcopalis memores essent: et quamquam frequenter id acciderit, tamen scimus omnes rem maximis incommodis fuisse coniunctam et maximis et gravissimis etiam controversiis, ut alias de investituris, occasionem dedisse.

Verum modo tota rerum facies immutata est; nunc per publici iuris et vitae normas plerique principes magna parte potestate sua orbati sunt, et haec devoluta est ad eos magistratus qui publicis legibus exequendis et publicae administrationi praesunt, et communiter *ministri* dicuntur. In horum autem electionibus nulla habetur fidei, nulla religionis, nulla pietatis ratio, ut adeo fieri possit ut in ipsis catholicis regnis ministri sint ecclesiae et sanctae eiusdem causae hostiles et infensi. Quaestio est utrum in istis rerum adiunctis ecclesia in concilio Vaticano congregata fere tota, in manibus principum ius tam grave et tantopere cum ecclesiae libertate et commodis coniunctum relinquere possit. Accedit et aliud, eminentissimi praesides et reverendissimi patres, periculum: etiam nos sacerdotes homines sumus, nihil humani a nobis alienum est; quin imo, nos in sanctuario aliquando magis impetimur et tentamur ab illo, qui a Domino ipso tentando et impetendo non abstinuit; periculum ne sacerdotes multum in altum elati non cum contemptu vanitates et dignitates huius mundi respiciant, verum avido corde etiam eas adspirent, et conscientiam suam, vocationem suam, conditionem suam venalem faciant, ut saltem altius ascendant.[6])

Olim ecclesia gravissime et iustissime animadvertit in eos, qui idolis mortuis et inanibus thus adolebant: existimo eos gravius ecclesiae Dei nocere, graviori proinde animadversione dignos esse qui non mortuis et inanibus, sed vivis et maxime nocivis ecclesiae idolis thus adolent, et viliter semet abiiciunt ad quaslibet variantes et dominantes opiniones, ut saltem in altum evehantur.

Huic malo, quantum possibile est, per concilium Vaticanum finis obturandus est. Nam si in ecclesiam irrepsisset, gangraenae instar totum corpus labes pervadet et devorabit. Ego itaque existimo ecclesiam serius aut ocius ad priscam ecclesiae disciplinam rédituram, atque aucta provincialium synodorum auctoritate, iis potestatem faciendo ita in electione episcoporum influendi, ut omnia haec pericula ab ecclesia amoveantur. Verum quidem est, res gravis et salebrosa: verum existimo hoc concilium Vaticanum ideo convenisse non ut de rebus minimis se occupet et facile solubilibus; sed hoc ad destinationem huius concilii pertinet, ut de gravissimis rebus sese occupet, et ut extraordinariis etiam malis et periculis apta remedia referat.

Difficultas quidem hac in re magna est, quia agitur de iure acquisito principum et saeculorum plurium decursu pacifice possesso.

uzdala se u pobožnost, vjeru i ljubav vladara naprama crkvi; uzdala se, da će svjetovni vladari dati crkvi takovih muževa, koji će doista biti sebi svijesni svoga biskupskog zvanja; i premda se to često zbilo, ipak svi znamo, da je stvar bila skopčana s veoma velikim neugodnostima, i da je dala povoda golemim i preteškim rasprama, kao među ostalima primjerice o investituri.

No sada su se sasvijem izmijenile prilike. Sada su većina vladara velikim dijelom lišeni svoje vlasti ustanovama javnoga prava i života, a ta vlast je prešla na ona poglavarstva, što stoje na čelu provođenja javnih zakona i javne uprave, a nazivaju se općenito ministrima. Kod izbora pak ovih ne dolazi ništa u obzir vjera, religija ili pobožnost, i tako se može dogoditi, da su u samim katoličkim kraljevinama ministri neprijatelji i ogorčeni protivnici crkve i njezine svete stvari. Pitanje je, da li može u takvim prilikama crkva sabrana gotovo sva u vatikanskom saboru, ostaviti u rukama vladara toli važno pravo i tako skopčano sa crkvenom slobodom i pogodnostima. K tomu pridolazi, uzoriti predsjednici i prečasni oci, još i druga opasnost: i mi svećenici smo ljudi, i ništa ljudsko nije tuđe od nas; što više, nas katkada u svetištu većma napada i iskušava onaj, koji se nije žacao ni samoga Gospoda iskušavati i napadati; pogibao je, da svećenici mnogo se uzdižući ne bi baš s prijezirom posmatrali ispraznosti i dostojanstva ovoga svijeta, već bi dapače požudnim srcem za njima čeznuli, te bi prodavali svoju savjest, svoje zvanje i svoj položaj, samo da se popnu na više mjesto.

Nekoć je crkva veoma teško i veoma pravedno kažnjavala one, koji su palili tamjan mrtvim i ispraznim idolima: držim, da još teže škode crkvi Božjoj, i prema tome da su zavrijedili težu kaznu oni, koji ne pale tamjan mrtvim i ispraznim, nego živim i crkvi veoma škodljivim idolima, te se jeftino priklanjaju kakvomu drago različitom i vladajućem mišljenju, samo da budu uzdignuti na više mjesto.

Ovome zlu valja, koliko je moguće vatikanskim saborom stati na kraj. Jer ako se uvuče u crkvu uvriježit će se ta ljaga kao rak u čitavo tijelo i izjedati ga. Ja dakle držim, da će se crkva prije ili kasnije povratiti k staroj crkvenoj stezi, i uvećavši ugled pokrajinskih sabora, da će im dati vlast tako utjecati na izbor biskupa, da se sve ove pogibli uklone od crkve. Istina, stvar je teška i škakljiva: no držim da se vatikanski sabor sastao zato, te se ne bavi sitničavim stvarima što se lako rješavaju, već je zadaća ovoga sabora ta, da se bavi najvažnijim stvarima i da pronađe podesna lijeka također protiv izvanrednih zala i pogibli.

Velika je doduše u toj stvari poteškoća, jer se radi o stečenom pravu vladara, što su ga tijekom više vijekova mirno posjedovali. Ja iskreno kažem, ne pripadam onima, niti odobravam nastojanje onih, koji bi htjeli, da provedu rastavu između građanskog društva i crkve; jer građansko društvo, čim je slabije, tim većma potrebuje usluge, ljubavi, susretljivosti, pažnje i brižljivosti svete majke crkve; pa i sam Gospod je najradije općio s grješnicima i u sličnom slučaju rekao je: „Ne trebaju zdravi liječnika, već bolesni"; i zato držim, ako se dadne pokrajinskom saboru vlast, da označi trojicu muževa, za koje znade, da su muževi po srcu Božjem, tada se može dopustiti vladarima, da između ove trojice jednoga izaberu. Nešto slično nalazim u onom ugovoru, što je utanačen između svete stolice i vladara Austrije te ugarskoga kralja suradnjom prezaslužnoga i svake hvale dostojnog muža

Ego sincere dico, ad eos non pertineo, neque eorum studia probo qui inter civilem societatem et inter ecclesiam divortium facere vellent; nam societas civilis quo infirmior est, eo magis opera, eo magis charitate, eo magis condescendentia et cura et sollicitudine sanctae matris ecclesiae indiget; ipse etiam Dominus libentissime cum peccatoribus conversatus est, et in simili causa dixit: „Non sani egent medico sed infirmi"; atque ideo existimo, si concilio provinciali potestas detur tres viros designandi, quos novit viros esse iuxta cor Dei, posse dari principibus ut ex his tribus unum eligant. Analogum quiddam ego invenio in conventione illa quae inter sanctam sedem et Austriae imperatorem et Hungariae regem cooperatione viri meritissimi et omni laude dignissimi archiepiscopi Viennensis et cardinalis conflata est, in qua inter caetera statuitur, ut antequam imperator et rex episcopos nominet, comprovincialium omnium episcoporum consilium expetat.

Quod igitur ego propono, nihil aliud est nisi quidam inversus horum ordo. Quidquid sit de iis, ego propono hoc unum. Certum et indubitatum mihi est, quod in hac gravissima causa concilium Vaticanum semet omnino occupare, et modum invenire debet, ut ecclesiae consulatur de episcopis iuxta cor Dei, de episcopis forti et constanti animo. Et si mea e sententia concilium Vaticanum altius ascenderit, et si reformationem inceperit ab altioribus gradibus, puto, principes eo proniores habebimus ut aliquid de iure suo quaesito cedant. Nam tunc convincerentur in concilio Vaticano non tantum id actum fuisse (ut foris dici de eo posset) ut ipsi (s) suis iuribus priventur, sed de ecclesiae totius reformatione et bono, quae ecclesiae reformatio et bonum certe non potest etiam civili societati in bonum et utilitatem non vergere.

Mihi credite, venerabiles patres, civilis societas in hac praesertim omnium rerum incertitudine et fluctuatione, quae omni societati ruinam et mortem minitatur, expectat remedium a sancta matre ecclesia, ab eius morali influxu, quae supra petram posita firma et stabilis et immortalis in medio ruinarum stat; ab eius influxu expectat societas fluctuans illam constantiam, illam in rebus omnibus continuitatem et stabilitatem, sine qua nulla societas vivere nec progredi potest.

Tertium et ultimum quod mihi in dictis schematibus deesse videtur, adesse autem deberet, est sequens: loquuntur schematis auctores de frequenti synodorum dioecesanorum et provincialium celebratione. Equidem ex toto corde et ex toto animo iis assentior, quae a piis et doctis schematis auctoribus consuluntur. Nam sicut aquae stagnantes corrumpuntur, ita semper in Ecclesia Dei stagnatio certum erat corruptionis fomentum. Immensae certe erunt ecclesiae utilitatis synodi dioecesanae et provinciales frequentius celebratae, praesertim si ab ea consuetudine quae hinc inde invaluit et invalescit cessatum fuerit voluminosas elucubrationes elaborandi.

Verum si mox itum fuerit ad practicas res, et veras et regulares indigentias tum dioecesium et provinciarum, tum universae ecclesiae respondentes, cupiissem ut schematis docti auctores cum de synodorum dioecesanarum et provincialium necessitate et utilitate loquerentur, aliquid saltem vestigiis concilii Tridentini inhaerentes, loquerentur etiam de synodorum oecumenicarum necessitate et utilitate. Certe haec gravissima est; quod vel ex eo patet quod gloriosa huius Vaticani concilii convocatio summa omnium exultatione, summo gaudio, summa

nadbiskupa i kardinala bečkoga, gdje se među ostalim određuje, da prije nego li vladar i kralj imenuje biskupe treba, da zatraži savjet svih supokrajinskih biskupa.

Ono dakle, što ja predlažem, nije ništa drugo, nego neki protivni red ovoga. Bilo kako mu drago, ja predlažem ovo jedno: sigurno je i za mene nedvojbeno, da se ovom prevažnom stvarju vatikanski sabor mora svakako zabaviti, i treba da nađe načina, da se postara crkvi za biskupe po srcu Božjem, za biskupe hrabra i postojana duha. I ako po mom mišljenju vatikanski sabor uzađe još više i započme obnovu od viših stepena, držim, da ćemo imati tim sklonije vladare, da popuste štogod od svoga stečenog prava. Jer tada bi bili uvjereni, da se na vatikanskom saboru nije radilo samo o tom, (kako bi se vani o njemu moglo reći), da oni budu lišeni svojih prava, već da se radilo o obnovi i dobru čitave crkve, a ta obnova i dobro crkve zacijelo ne može a da se ne primakne također građanskom društvu na dobro i korist.

Vjerujte mi, poštovani oci, građansko društvo očekuje naročito u ovoj neizvjesnosti svih stvari i u neodlučnosti, što svakom društvu prijeti rasulom i smrću, pomoć od svete majke crkve, od njezina moralnog upliva, koja postavljena na pećini stoji čvrsta, stalna i neumrla posred ruševina; od njezina upliva očekuje pokolebano društvo onu postojanost, onu neprekidnost i stalnost, bez koje ne može nijedno društvo ni živjeti mi napredovati.

Treće i posljednje, što se meni čini da ne dostaje u rečenom tekstu, a trebalo bi da se nalazi u njem, jest što slijedi: sastavljači teksta govore o čestom održavanju dijecezanskih i pokrajinskih sinoda. Doista ja se slažem od svega srca i iz sve duše s onim, što nam savjetuju pobožni i učeni sastavljači teksta. Jer kaošto se voda, koja stoji, kvari, tako je vazda i u crkvi Božjoj zastoj bio siguran razlog kvarenja. Zacijelo bit će od prevelike koristi za crkvu češće držane dijecezanske i pokrajinske sinode, naročito ako se prestane s onim običajem, što se tu i tamo uvriježio ili se uvrježuje, da se izrađuju opsežne rasprave.

Doista, ako se doskora prešlo na praktične stvari i na istinite i redovne potrebe, koje odgovaraju kako dijecezama i provincijama, tako i čitavoj crkvi, bio bih poželio, da učeni sastavljači teksta, kad govore o potrebi i koristi dijecezanskih i pokrajinskih sabora, progovore barem nešto po uzoru tridentskog sabora također o potrebi i koristi općenitih sabora. Jamačno je i ta veoma velika. To se razabire i odatle, što se sazivanje ovog vatikanskog sabora pozdravljalo najvećim klicanjem sviju, najvećom radošću, najvećom nadom i iščekivanjem od sviju naroda, a najvećom žalošću, potištenošću i tako reći očajanjem sviju opakih i neprijateljski nastrojenih prema crkvi: i zato ubrajam našemu presvetom i preljubaznom ocu u vječnu slavu, u vječnu slavu to, što je sazvao u ovo vrijeme vatikanski sabor, u koji su uprte oči čitavoga svijeta, i kojega znamenitost, ako se ne varam, od dana u dan po čitavom svijetu raste. I ako dobro tumačim tajne nakane Božje, savkoliki tijek ljudskih prilika ide za tim, da se unapredak također općeniti sabori češće drže, jer kaošto je Bog nekoć, dok je crkva bila u kolijevci, otvorio put apostolima i prvim vijesnicima riječi Božje diljem presjajnoga rimskoga carstva, da izliju božanstveno svijetlo evanđelja na sva plemena i narode, tako mislim i danas Bog daje crkvi pomagala u onim veoma laganim načinima saobraćaja, što

spe et expectatione ab omnibus populis salutata est, summo autem moerore, desolatione ac pene desperatione omnium depravatorum et ecclesiae hostilium: et reputo ad aeternam gloriam sanctissimo et amantissimo patri nostro, ad aeternam gloriam quod hoc tempore nostro concilium Vaticanum, in quod totius orbis oculi conversi sunt, convocaverit, et cuius momentum, uti observamus, de die in diem in toto terrarum orbe crescit, nisi me omnia fallunt. At si ego bene interpretor arcana consilia divina totus cursus rerum humanarum tendit eo, ut deinceps concilia etiam oecumenica frequentius celebrentur. Nam sicut Deus olim sub incunabulis ecclesiae in vastissimo imperio romano apostolis et primis verbi divini praeconibus viam aperuit, ut divinum evangelii lumen ad omnes gentes et nationes infunderent; ita existimo hodie Deum in facillimis illis communicationis mediis, quae excogitata sunt ad materialem popullorum prosperitatem promovendam, media ecclesiae tribuere, ut unitatem summe, ut decet, colant, ut particulares ecclesiae facilius cum hac sancta sede se uniant, utque quavis data occasione ad vocem pastoris summi in concilium etiam generale circa eum congregentur et coeant.

Praeterea omnes gentes cultiores communiora et graviora sua negotia communibus consiliis tractant et definiunt. Existimo quod gentes et populi ab ecclesia, quae mater et magistra est omnium gentium, hanc methodum didicerint sua negotia absolvendi ex eo tempore, quando synodi frequentiores erant. Nunc autem existimo quod Deus iterum velit ut ecclesia populis et gentibus semet matrem et magistram exhibeat, eo quando negotia gravissimi momenti et communia tractanda sunt in communi qua libertate sancta, qua gravitate, qua charitate, in primis autem qua patientia et moderatione. Scitum est in concilio Tridentino hac de re sermonem fuisse, et Pium IV pontificem dedisse legatis suis instructiones, ut, si patres concilii volent, lex periodicitatis quoad concilia oecumenica statuatur, ita ut singulis viginti annis concilia oecumenica celebrentur.

Scitum quoque et notum omnibus est decretum illud perpetuum concilii Constantiensis, quod concilium mea saltem opinione aeternam omnium generationem gratitudinem meretur, eo quod schismati occidentali atque gravissimae offensioni sua gravitate et charitate finem imposuerit; notum est quod hoc concilium, inquam, legem periodicitatis tulit quoad concilia oecumenica, ita ut de decennio in decennium observentur. Sessio XXXIX qua id statutum est, omnium iudicio et absque ulla dubietate legitima est. Hoc decretum a duobus summis pontificibus Martino V et Eugenio IV confirmatum est; quorum primus hocce decretum iam etiam in efectum deduxi. Ego adhaereo piae eorum et doctae persuasioni qui condolent iniquitati temporum et tristibus rerum adiunctis quae impedierunt quominus decretum perpetuum, ut concilium decet, in effectum deduci non potuerit. Nam etiam ego convictus sum (fuissem), si concilia oecumenica frequenter celebrata fuissent, multis i ecclesia malis obviatum fuisset; forsitan obviatum fuisset praetensae reformationi, quae coetus fideles et tantas gentes a fide et unitate ecclesiae rescidit.

Cuperem itaque ut in hoc concilio etiam hac de re sermo sit, ut si non concilii Constantiensis decretum renovetur, ad minus Pii IV mens, quae ea erat ut singulis 20 annis concilia celebrentur, in effectum abeat. Nam convictus sum hoc naturae ecclesiae catholicae convenire,

su izumljeni za promicanje materijalnog napretka naroda, da, koliko se najviše dolikuje, poštivaju jedinstvo, da se pojedinačni dijelovi crkve što lakše sjedinjuju s ovom svetom stolicom, i da se kojom god prigodom na glas vrhovnog pastira sakupljaju i sastaju također u generalni sabor oko njega.

Povrh toga svi obrazovaniji narodi raspravljaju i zaključuju o zajedničkim i važnijim svojim pitanjima u zajedničkim saborima. Držim, da su plemena i narodi naučili ovaj način raspravljanja o svojim pitanjima od crkve, koja je majka i učiteljica svih naroda, i to u ono vrijeme, kad su se češće sastajali sabori. Sada pak držim, da Bog ponovno hoće, da se crkva pokaže pucima i narodima majkom i učiteljicom, i to tako da o pitanjima veoma važnim valja raspravljati kao u zajedničkoj svetoj slobodi, ozbiljnosti, ljubavi, a naročito u ustrpljivosti i uzdržljivosti. Poznato je, da se o toj stvari govorilo na tridentskom saboru, i da je Pijo IV. papa dao svojim poslanicima upute, ako saborski oci ushtjednu, da se stvori zakon o periodičkom održavanju općenitih sabora, tako da se svake dvadesete godine drže ekumenski sabori. Znamenit je također i svima poznat onaj trajni dekret kostničkoga sabora, koji sabor po mom barem mišljenju zaslužuje vječitu zahvalnost svih pokoljenja zato, što je svojom ozbiljnošću i ljubavlju dokrajčio zapadni raskol i najveću sablazan; poznato je rekoh, da je taj sabor stvorio zakon o periodičnosti općenitih sabora, tako da se održaju od desetljeća do desetljeća. XXXIX. sjednica, gdje je to određeno, po mišljenju je sviju i bez ikakve dvojbe zakonita. Ovaj je zaključak potvrđen od dvojice papa, Martina V. i Eugena IV. Prvi od ove dvojice je također ovaj zaključak i proveo. Ja pristajem uz pobožno i učeno uvjerenje onih, što se žale na nepravdu vremena i tužne prilike, koje su spriječile, da se ovaj trajni dekret nije mogao provoditi, kako se dolikuje saboru. Jer i ja sam uvjeren, da su se često održavali općeniti sabori, predusrelo bi se mnogim zlima u crkvi; možda bi se bilo predusrelo i reformaciji, što je preotela mah, te čitave skupine vjernika i tolike narode otkinula od vjere i od crkvenog jedinstva.

Želio bih dakle, da se na tom saboru povede također o tom riječ, te ako se već ne obnovi dekret kosničkoga sabora, barem da se ostvari želja Pija IV. prema kojoj bi se svake 20. godine održavali sabori Uvjeren sam naime, da je to u skladu s prirodom katoličke crkve, da poštovana glava crkve ne bude okružena samo tako važnim uredbama i zborovima ljudskoga prava, nego da bude na neki način okružena i trajnom uredbom božanstvenog prava, i da tako crkva u svojoj upravi i svom zakonodavstvu po svojoj prirodi bude doista katolička, doista općenita, kako su to imali pred očima i oci kosničkog sabora, dok su razvijali razloge za često održavanje općenitih sabora, i to razloge tako istinite, da kad bi taj zaključak danas bio pročitan, držalo bi se da je to rečeno u naše vrijeme. Kosnički sabor dodaje i zaključuje: tako, da na taj način neprestanim održavanjem sabora ili vazda opstoji sabor ili se u određeno vrijeme očekuje.

Još ću nešto reći o onom, što se nalazi u tekstu, koji nam je podastrt, a po mom sudu ne bi trebalo da se u njemu nalazi, a to je ovo, da gotovo na svakom listu teksta proviruju one težnje, te bude sve, pa i ono što je manje znatno, svedeno na jedinstveni kalup. Jedinstvo doduše, poštovani, oci, zacijelo je veoma bitno i veoma potrebno svojstvo

ut venerandum ecclesiae caput non tantum summi momenti institutionibus et congregationibus humani iuris, sed quodammodo perpetua etiam quadam institutione divini iuris circumdetur, ita ut ecclesia in regimine et legislatione sua pro natura sua revera catholica et revera universalis sit, ut et patribus concilii Constantiensis ante oculos erat, dum evolverunt argumenta pro frequenti ce'ebratione conciliorum oecumenicorum, adeo vera ut si hoc decretum perlegeretur, nostris temporibus dicta esse existimentur. Addit et concludit concilium Constantiense: ita ut ita per continuam conciliorum celebrationem aut semper concilium vigeat, aut vero (vere) per termini pendentiam saltem expectetur.

Dicam aliquid de his quae in schematibus, quae nobis proposita sunt, adsunt, meo autem iudicio abesse deberent: et quidem est hoc, nisus illi in omnibus fere horum schematum foliis recurrentes, omnia etiam minoris momenti ad unitatem reducendi. Unitas quidem, venerandi patres, certe maxime essentialis et maxime necessaria ecclesiae catholicae proprietas est. Vellem ut unitas sit sapientiae, sit pulchritudinis, sit perfectionis divinae symbolum. Illa constare debet ex diversitate elementorum quorum sin uli naturam suam, functiones suas et iura sua intacta habere deben.. Nam hoc modo saltem fit, ut unitas, quemadmodum hoc in ecclesia catholica pro natura eius est, ut unitas sit revera harmonia quaedam caelestis omnium non solum oculos, sed etiam corda ad se alliciens; secus autem si omnia sine distinctione ad unitatem reducantur, unitas posset evenire talis, quae rebelles ingeneret.

Ego summo cum gaudio audivi ea quae eminentissimus ac reverendissimus cardinalis et Bisuntinus episcopus, quae venerandus archiepiscopus Parisiensis et episcopus Aurelianensis et alii oratores dicebant, de particularibus eccl..iae Galliarum indigentiis. Quae iidem dixerunt verissime et rectissime, et quae ii fulcierunt irrefragabili argumentorum vi, precor eadem et adiungo meum votum, quod quidem non magni momenti est, sed ex toto corde adiungo votis episcoporum Galliae; ut haec diversitates quae necessitatibus et indigentiis ecclesiae gallicae respondent, sartae tectae serventur, sancte serventur. Haec enim est illa diversitas quae intacta manere debet ut ecclesiae catholicae unitas, ut dixi, sit caelestis harmonia. Quantum autem ad haec, existimo oratorem, cuius toties mentionem feci, non serio egisse, neque scripturarum sacrarum rectum usum fecisse, quando ita contra haec gravissima ratiocinatus est: Unus Deos, unus Christus, una fides, unum baptisma, ergo unus in omnibus diocesibus vicarius generalis. Deus immortalis! si huiusmodi argumentis uti liceret, quae et quanta ex scripturis sacris deducerentur. Venerandi patres, satis magnus fit sacrarum scripturarum abusus, satis eloquia divina in perversos detorquentur sensus. Caveamus ut etiam nos sancta quidem intentione et inviti occasionem non praebeamus.

Idem reverendissimus et omni honore dignissimus praesul unam adhuc unificationis speciem commendavit concilio Vaticano. Et quidem voluit ut sublato episcopis (nominavit in specie archiepiscopum Viennensem et, si bene recordor, archiepiscopum Parisiensem), ut sublato iis omni in ephemerides religiosas suarum dioecesium iure, omni sublato iure cautionis, ne petulantia et exorbitantia ingenia in huiusmodi ephemeridibus, quemadmodum fit, omnia diris devoveant quae ipsis

katoličke crkve. Htio bih, da to jedinstvo bude simbol mudrosti, ljepote i savršenosti Božje. Ovo jedinstvo treba da je sastavljeno od različitih počela, od kojih pojedina treba da zadrže svoju prirodu, svoje djelovanje i svoja prava netaknutima. Ovako naime tek biva, da jedinstvo, kakvo je po svojoj naravi u katoličkoj crkvi, da to jedinstvo bude doista neki nebeski sklad koji privlači k sebi ne samo oči sviju, nego i srca, inače pak, ako se sve bez razlike svede na jedinstvo, moglo bi to jedinstvo postati takovim, da rađa buntovnicima.

Ja sam s najvećom radošću čuo ono, što je rekao uzoriti i prečasni kardinal i biskup besansonski, te što su govorili poštovani nadbiskup pariški, biskup oranški i drugi govornici, o zasebnim potrebama francuske crkve. Ono, što oni rekoše posvema istinito i ispravno, i potkrijepiše silom nepobitnih razloga, molim ja također i dodajem svoj glas, što doduše nije tako znatno, ali se od svega srca pridružujem željama francuskih biskupa ; da se ove razlike, što odgovaraju nuždi i potrebama francuske crkve, čuvaju u dobrom stanju, da se čuvaju sveto. To je naime ona raznolikost, koja treba da ostane netaknuta, da bude jedinstvo katoličke crkve, kako rekoh, nebeski sklad. Što se pak toga tiče, držim da govornik, što sam ga toliko puta spomenuo, nije postupao promišljeno, niti ispravno upotrijebio smisao svetoga Pisma, kad je ovako umovao protiv ovih važnih stvari : Jedan je Bog, jedan Krist, jedna vjera, jedno krštenje, dakle i jedan u svim biskupijama treba da bude generalni vikar. Besmrtni Bože ! kad bi se smjelo ovako dokazivati, što bi se sve i koliko toga moglo izvesti iz svetoga Pisma. Poštovani oci, dosta se mnogo zloupotrebljava sveto Pismo, dosta se svete riječi izvraćaju u krivi smisao. Pazimo da i mi makar i u svetoj nakani i nehotice ne damo tomu povoda.

Isti prečasni i svakoga poštovanja vrijedni prelat još je vatikanskom saboru preporučio jednu vrst ujedinjivanja. On je naime htio, da se biskupima oduzme (spomenuo je napose bečkoga nadbiskupa i ako se dobro sjećam, pariškoga nadbiskupa), da im se oduzme svako pravo na vjerske časopise svojih dijeceza, da im se oduzme svako pravo jamstva, da ne bi neobuzdani i pretjerani duhovi u ovakvim časopisima, kako se dešava, sve predočivali kao užasno, što nije njima po ćudi, i da se oni, budući da su svjetovnjaci, te pripadaju u red onih, koji slušaju, ne podvrgavaju biskupima kao vođama i sucima, i to veoma ozbiljnim i zaslužnim muževima, već je htio, da se to pravo biskupima oduzme i da se to pravo pridrži samo svetoj apostolskoj stolici.

Poštovani oci, mi svi doduše štujemo prava svete stolice, jer u svetoj stolici mi branimo same sebe, same sebe. Mi smo spremni za ta prava i povlastice, kad bi bilo potrebno dati i svoj život i proliti svoju krv. Ali pazimo, da se ne bismo našli makar i sa svetom nakanom i makar i nehotice među onima, koji sjede u sjeni, što vazda prati najviše dostojanstvenike, kao što je spomenuo neki govornik pred nekoliko dana. Pazimo, da i nehotice ne zatvorimo ulaz k istini, koja bi pritjecala onamo, gdje je potrebno prije svega da se čuje i zna. Pazimo, da dok prekomjernom dobrohotnošću i naklonošću pretjerujemo sveta prava apostolske stolice, pred pucima i narodima ne izvrgnemo ruglu ovu božanstvenu i svima kako velim potrebnu vlast, i da ne umanjimo njezinu moć i snagu. Pazimo prije svega, da ovu božanstvenu vlast danu od Gospoda za zaštitu sviju dobara, ne povlačimo u ono, što baš

non arrident, utque se, cum ipsi laici sint et ad classem audientium pertineant, episcopis et quidem gravissimis et meritissimis viris duces et iudices non praebeant; voluit ut hoc iure episcopis sublato, hoc ius sanctae sedi apostolicae solum reservetur.

Venerandi patres, veneramur quidem nos omnes iura sanctae sedis, quia in sancta sede nos ipsos defendimus, nos ipos. Parati sumus nos pro hisce iuribus et privilegiis, si opus foret, vitam etiam dare et sanguinem fundere. Verum caveamus ne sancta etiam intentione et etiam inviti inter eos inveniamur, qui, ut quidam orator ante aliquot dies dixit, in umbra sedent, quae semper summas dignitates comitatur. Caveamus ne aditum vel inviti claudamus veritati, quae eo affunderet ubi necessum est ut ante omnia audiatur et sciatur. Caveamus ne dum effusiori affectione et favore sancta iura sedis apostolicae exaggeramus; hanc divinam omnibusque, ut dico, necessariam potestatem coram populis et gentibus compromittamus, et eius vim et virtutem moralem minuamus. Caveamus ante omnia ne hanc divinam potestatem ad protectionem omnium bonorum a Domino datam, vel pertrahamus in ea quae minus conveniunt, ne vel inviti suspicioni ansam praebeamus, quasi sanctam hanc sedem in complicitatem ad quamdam speciem vocemus earum omnium animositatum, insolentiarum, arrogantiarum et injuriarum quibus hinc inde in orbe catholico ephemerides religiosae catholicae scatent: iniuriarum dico in viros etiam episcopos et gravissimos; et liceat mihi honoris gratia hicce commemorare fratrem et amicum meum, quo nomine glorior, fratrem Aurelianensem episcopum, strenuissimum certe iurium sedis apostolicae defensorem, qui hisce recentioribus temporibus iniuriis saturatur ex nulla ratione. Hoc ei tributum honoris et homagii deberi (debere) coram nobis omnibus ex corde fateor, nam post Deum et sanctam sedem, quod hic simus et libere discutere possimus, illius etiam influxui debetur.

Caeterum quantopere hac in re cauti esse debeamus dicam, exemplum unum afferens ex propriae meae experientiae penu. Vivo enim in gente quam tenerrime diligo, cuius media et ultra pars in schismate est et ab unitate ecclesiae aliena. Frequentius ego occasionem habui cum episcopis non unitis sermones miscendi de summis rebus, de unitate etiam ecclesiae, quam ego continuo dico praecipuum divinitatis ecclesiae argumentum, et uberrimum vitae immortalis eius fontem esse. Quoties haec dico, semper apud eos praeiudicium et metum invenio ne eorum privilegia et iura, ne eorum ritus, ne eorum autonomia, ne particulares ecclesiae eorum consuetudines a sancta sede et ab unitate annihilentur et consumentur. Frustra ego ipsis dixi non hanc esse divinae eius potestatis destinationem et vocationem, sed potius contrariam: non usurpat illa unquam iura particularium ecclesiarum, sed ea semper confirmat. Dico ego ipsis huius summae potestatis eam destinationem esse ut ecclesias maiori modo laborantes succurrat, ecclesias pressas et in persecutione constitutas, quae quando miseriarum ingentium pondere gravantur, tunc in sancta sede inveniunt potentissimum rerum suarum remedium et praesidium. Hucusque surdis auribus loquutus sum; sed vereor ne ea quae praeclarissimus praesul suadet, et ea quae in schematibus continentur, minime etiam ad unitatem revocent; timeo ne nonnulli episcopi opinionem et metum suum ipsarum rerum eventu comprobatum videant.

nije zgodno, da ne bismo i nehotice dali povoda sumnji, da ovu svetu stolicu uplićemo u neku vrst svih onih strastvenosti, pretjeranosti, drzovitosti i nepravda, kojima vrve tu i tamo po katoličkom svijetu katolički religijozni časopisi: kažem nepravda i protiv samih muževa biskupa i to veoma uvaženih; neka mi je dopušteno ovdje da imadem čast spomenuti moga brata i prijatelja, čijim se imenom ponosim, brata biskupa iz Oranža, zacijelo jednoga od najodvažnijih branitelja prava apostolske stolice, koji u najnovije doba bez ikakva razloga guta nepravde. Pred svima vama iz dubine srca priznajem, da mu dugujemo ovaj dokaz poštovanja i poklonstva, jer iza Boga i svete stolice imademo također zahvaliti i njegovom uplivu, što se nalazimo ovdje i smijemo slobodno raspravljati.

Uostalom, koliko moramo u toj stvari biti oprezni, reći ću i navesti jedan primjer iz nedavnog svog vlastitog iskustva. Ja naime živim u narodu, koga veoma nježno ljubim, i kojega polovicu i više živi u raskolu i otuđen od crkvenog jedinstva. Ja sam češće imao prilike razgovarati s nesjedinjenim vladikama o vrlo važnim stvarima, pa i o jedinstvu crkve, za koje ja sveudilj kažem, da je naročiti dokaz božanstvenosti crkve, i da je najobiljniji izvor njezina besmrtnog života. Kolikogod puta o tom govorim, uvijek nailazim kod njih na predrasudu i bojazan, da ne bi njihove povlastice i prava, njihov obred, njihova samostalnost, zasebni običaji njihove crkve, da sve to ne bi bilo od svete stolice i od jedinstva poništeno i porušeno. Uzalud sam im govorio, da nije ovakvo određenje i poziv te božanstvene vlasti, mego sasvijem protivan: ona ne posvaja nikada prava zasebnih crkava, već ih vazda potvrđuje. Ja im kažem, da je zadaća ove najviše vlasti ta, da pomogne onim crkvama, koje više trpe, da pomogne potištenim crkvama i onima što se nalaze u progonstvu, da ne, klonu duhom kad su pritisnute teretom nebrojenih nevolja,negoda tada nalaze kod svete stolice najmoćniju pomoć i zaštitu u svojim prilikama. Dosele sam govorio oglušenim ušima, ali se bojim, da ni ono, što veoma učeni prelat preporuča, i što je sadržano u tekstu, ne će također ni malo privlačiti k jedinstvu, bojim se da neki biskupi ne vide svoje mnijenje i bojazan dokazanim samim događajem.

Još ću nešto napose reći o prvom tekstu i to o residiranju. Treba da nešto reknem govorniku, koji je zborio prije mene: on je rekao, da se ne može ubrajati među zakonite razloge izbivanja javna korist države. Ja nipošto ne odobravam njegova mišljenja. Mi svećenici i biskupi, pripadamo svome preljubljenom narodu, te nema nijedne potrebe našega naroda i nijedne nužde, za koju bi itko drugi mogao bolje osjećati, nego-li za nju osjeća srce svećenika, koji ljubi svoj narod. Ne uviđam dakle, kako bi svećenik imao prigode da se pokaže korisnim svome puku i narodu korisnim, dok mu je to zabranjeno.

Sjećam se ovom zgodom veoma odličnoga Bossuet-a, koji je posebna dika ne samo Francuske, nego i čitave crkve, sjećam se onih njegovih riječi: on kaže na jednom mjestu, da je Krist plakao nad Jeruzalemom i nad ženama kćerima sionskim, ganut posebnom ljubavlju prema svome narodu; i taj isti veoma rječiti prelat zapaža, da premda se na križu Krist Gospod prikazao kao žrtva za čitav svijet, ipak se naročito obazirao na svoj narod. Poznato je također, da apostol naroda, premda je od Gospoda bio određen za sve narode, ipak je želio da bude

Dicam specialia quaedam de primo schemate et quidem de residentia. Dicere debeo oratori qui me praecessit aliquid: dixit ille inter causas absentiae legitimas non debere numerari publicam status utilitatem. Ego equidem eius sententiam non approbo. Nos sacerdotes et episcopi, eo ipso quod sacerdotes et episcopi sumus, amantissimi nostri populi sumus, et nulla populi nostri indigentia, nulla necessitas est quae alibi maiorem impressionem inveniant quam in corde boni et sui populi amantis sacerdotis. Non igitur video quomodo sacerdos occassionem habeat semet populo et genti suae utilem praebendi, quamdiu ei vetitum sit.

Memini ego hac occasione praestantissimi Bossueti, qui non tantum Galliarum, sed totius ecclesiae praecipuum sidus est, memini illud effatum: dicit enim ille aliquo loco quod Christus super Jerusalem et super foeminas filias Sion fleverit, speciali erga gentem suam amore ductus; et idem eloquentissimus praesul observat, quod licet in cruce se Christus Dominus hostiam exhibuerit pro toto mundo, speciali tamen ratione reflexionem suae gentis habuerit. Et notum est, quod gentium apostolus, licet a Domino destinatus pro omnibus gentibus, pro Judaeis contribulibus suis anathema esse cupierit. Ego igitur existimo sacerdoti zeloso, sacerdoti bono nunquam posse vetari ut in gentis suae utilitatem et commodum vires suas, si occasionem habeat, impendat. Hoc quidem in nostris regionibus, in Hungaria et Croatia impossibile esset: et certus sum quod in Hungaria et in Croatia huiusmodi vetatio a sacro concilio Vaticano facta magnum resensum (sic) procuraret. Non quaerat concilium Vaticanum ut iura civilia sacerdotum et episcoporum minuantur; id praestantissimus praesul hoc tempore ne immutet. Nam tempus illud est, ut post parvum tempus nos omnibus iuribus civilibus simus privandi.

Aeque aliquid dixit praeclarissimus hic praesul quod, meo saltem iudicio, ego probare non possum. Ille nominavit episcopum aliquem in genere senatorem, qui nescio in quibus comitiis, vocationis suae episcopalis immemor, defensionem suscepit matrimonii civilis. Venerabiles patres, ea quae loquimur aeternis et nunquam perituris tabulis inferuntur (inferuntur ili inseruntur): caveamus ne immerito famam dignissimorum virorum proscissam reperiant posteri nostri, caveamus! Et si urget nos conscientia nostra, quod non credo, tunc ad minus nominemus virum; dicamus, qua occasione id fecerit, ut eidem occasionem offeramus famam suam, quae certe maioris pretii vita esse videtur, commode defendendi. Haec dicta vera sunt iacula proiecta ex tenebris contra hominem, cuius pectus apertum est. Doleo ego etiam cum multis patribus in lege de residentia totum metropolitarum nostrorum ius ad unum officium denuntiationis, quae, ut de hoc loco observatum toties, est odiosa, redactum fuisse. Doleo adhuc magis ,quod tanta habeatur diffidentia erga episcopos, erga metropolitas et seniorem episcopum; et praesupponatur eos officii sui omnes immemores esse, ut adeo supremum officium deferatur nuntiis etiam apostolicis. Ego quidquid hac de re dicatur, existimo ab animo nuntiorum hoc officium abhorrere: et inter nuntios apostolicos et episcopos singularum provinciarum locum habere debere confidentiam et amorem, qui, ut scio, hucusque locum habuit. Si autem praeter cetera officia, hoc etiam denuntiandi episcopos munus imponatur, haec confidentia, quae utrinque esse debet, timeo ne penitus cesset. Sed

anatema za svoje suplemenike Židove. Ja dakle držim, da se revnom svećeniku, dobrom svećeniku ne može nikada zabranjivati, da posveti svoje sile koristi i dobru svoga naroda, ako imade prilike za to. To bi dapače bilo i nemoguće u našim krajevima u Ugarskoj i Hrvatskoj, i uvjeren sam, da bi ovakva zabrana učinjena od vatikanskog sabora izazvala u Ugarskoj i Hrvatskoj veliko negodovanje. Neka ne traži vatikanski sabor, da se umanje građanska prava svećenika i biskupa; onaj veoma odlični prelat neka toga ne mijenja u sadašnje vrijeme. Jer vrijeme je takovo, da ćemo doskora biti lišeni svih građanskih prava.

Još je nešto rekao ovaj veoma odlični prelat, što barem po mom sudu ne mogu ja da odobrim. On je spomenuo nekoga biskupa, koji je bio narodni poslanik, i u nekom parlamentarnom zasjedanju uzeo u obranu građansku ženidbu. Poštovani oci, ono, što govorimo bit će ubilježeno na vječnim stranicama, koje nigda ne će propasti: pazimo, da naši potomci ne otkriju, da je nepravedno povrijeđeno poštenje veoma vrijednih muževa, pazimo! Pa ako nas baš savijest sili, što ne vjerujem, tada barem po imenu spomenimo čovjeka; recimo kojom je zgodom to učinio, da mu dadnemo prigode, da lako obrani svoje poštenje, koje jamačno čini se da više vrijedi nego život. Ove su riječi prave strjelice izbačene iz zasjede protiv čovjeka, čija su prsa otvorena. Ja žalim također s mnogim ocima, što je u zakonu o rezidiranju sve pravo naših metropolita svedeno na jedinu dužnost prijavljivanja, što je tako mrsko, kako je već s ovoga mjesta spomenuto. Žalim još više, što se imade toliko nepovjerenja prema biskupima, metropolitama i starijem biskupu; i pretpostavimo, da svi oni nijesu sebi svijesni svoje dužnosti, da se takva najviša služba povjerava i apostolskim nuncijima. Neka kaže što tkogod hoće, ali ja držim, da nunciji zaziru od takve službe: ta među nuncijima i biskupima pojedinih pokrajina trebalo bi da vlada međusobno povjerenje i ljubav, kakva, koliko mi je poznato, je bila i dosele. Ako se pak uz ostale dužnosti nametne i ova, da prijavljuje biskupe, bojim se, da će sasvijem prestati ovo povjerenje, što treba da s obje strane vlada. Pa i ono ne mogu da shvatim, zašto se u istom poglavlju kaže, ako se tko nađe nehajniji u dužnosti rezidiranja, da će sveta stolica prema potrebi popuniti beneficij. Vjerujte mi, poštovani oci, barem u našim krajevima ne može se to nikako provesti bez otvorena sukoba s građanskom upravom.

Isto valja reći, kad se radi o kapitularnim vikarima, i o tom što katkada običavaju povrijeđivati prava svete stolice i pačati se u prava biskupa. Tamo se veli, da valja pridržati popunjivanje dušobrižničkih nadarbina svetoj stolici. Ja mislim, da dušobrižništvo na tim nadarbinama ne može ni za čas biti prazno, već ove nadarbine da treba odmah popuniti ili zamjenom ili trajnim načinom. Treba prije svega po mom sudu gledati na to, da biskupske stolice ne budu dugo prazne, kašto to biva sada na najveću štetu katoličke stvari, kako znadem iz svoga vlastitog iskustva. Baš u našim krajevima, kako je već sasvim na mjestu dobro primijetio primas nadbiskup ostrogonski, najzgodnije se popunjuju ovakve nadarbine kapitularnim vikarima, uz suglasje čitavoga kaptola i čitavog svetog zbora, što ga u nas zovemo konsistorijem; kod nas i nema nikakvih pritužbi, što se tiče ove stvari. Upozoravam, te bi popunjivanje ovih beneficija po svetoj stolici isto

illud etiam concipere non possum, qua ratione eodem capite dicatur, ut si quis in officio suo residendi in loco segnior inveniatur, sancta sedes pro rei necessitate beneficio provisura sit. Credite mihi, venerabiles patres, in nostris ad minus regionibus absque aperta collisione cum gubernio civili ad effectum nulla ratione deduci id potest.

Idem etiam dicendum est dum agitur de vicariis capitularibus, deque eo quod iuribus quandoque sanctae sedis derogare et episcoporum regimini praeiudicare soleant. Dicitur ibi beneficiorum curatorum provisionem sanctae sedi esse reservandam. Ego existimo curam animarum in hisce beneficiis ne uno quidem momento vacare posse; sed hisce beneficiis provideri deberi (debere) mox vicario vel definitivo modo. In id ante omnia meo iudicio insistendum esset ut sedes episcopales non diu vacent, quemadmodum nunc in maximo rei catholicae detrimento fit, ut ex propria mea experientia id scio. In nostris regnis equidem, ut iam felicissime primas archiepiscopus Strigoniensis bene observavit, providetur optimo modo huiusmodi beneficiis per vicarios capitulares cum consensu totius capituli et totius sacri coetus quem nos consistorium dicimus; neque hac in parte ullae querelae existunt. Observo autem horum beneficiorum provisionem per sanctam sedem itidem collisioni inter sanctam sedem et gubernium civile occasionem daturam quae occasiones non quaerendae, verum imminuendae sunt.

Quod ad concilia provincialia attinet, ego repeto eorum frequentationem maximo salutarem ecclesiae Dei esse. Sed cuperem ut congregationes romanae deinceps abstineant ab actis et decretis conciliorum provincialium vel mutilandis vel alterandis: imprimis autem ut abstineant ab additionibus quibusdam; quae additiones saepius inveniuntur pro ratione indigentiarum diversarum ecclesiarum inacceptabiles. Ego ex certa et positiva scientia scio viros zelantissimos conciliorum provincialium promotores iis additionibus et mutilationibus animo despondisse, et ab omni conciliorum provincialium celebratione omnino cessasse. Quantum ego sciam, olim provincialibus conciliis ius internum et domesticum quodammodo constitit: sed quantum ipse sciam, Sixtus V pontifex dum congregationem creavit pro interpretatione concilii Tridentini primus inter agenda transtulit huic congregationi provincialium conciliorum revisionem. Ego dico, quantum possibile est, ius internum et domesticum eorum conciliorum custodiatur deinceps, salva utique in omnibus sanctae sedis (cui acta praevio mittenda sunt) auctoritate, et cavendi potestate, ne aliquid statuatur quod ecclesiae auctoritati, quod doctrinae ecclesiae, quod sanctae sedis iuribus, aut disciplinae ecclesiasticae universali contrarium sit: verum nihil addatur, nihil immutetur, nihil interpoletur.

Una res hac in causa meam attentionem convertit; et illud est quod inter rationes ob quas acta conciliorum provincialium huc mittenda sunt, in schemate *de episcopis et synodis* pagina, ni fallor, vigesimanona, inter rationes haec assignatur: ut hic acta conciliorum revideantur, ne quid statutum videatur aut nimis rigide, aut contra, aut rationi incongruum. Ego possum dicere quod decies hunc locum legerim, ac fere vix oculis meis crediderim. Ergo ne praesupponi potest quod tota synodus provincialis, quod episcopus metropolitanus cum suffraganeis suis aliquid decisuri aut statuturi sunt, quod sanae rationi congruum non est? Mei quidem non est unquam aliquid di-

tako dalo povoda sukobu između svete stolice i građanske vlasti: ovih povoda ne treba tražiti, već ih valja umanjivati.

Što se tiče pokrajinskih sabora, ja ponavljam da je držanje ovih veoma spasonosno za crkvu Božju. No želio bih, da se rimske kongregacije unapredak okane toga, da akte tih sabora ili okrnjuju ili preinačuju: svakako pak, da se okane kojekakvih dodataka; ti se dodaci prečesto i ne mogu prihvatiti zbog potreba različitih crkvi. Ja znam sigurno i pozitivno, da se veoma revni muževi i promicatelji pokrajinskih sabora nijesu u duhu slagali s takvim dodacima, te su uopće prestali održavati ikakve pokrajinske sabore. Koliko ja znam, imali su nekoć pokrajinski sabori svoje unutrašnje i domaće pravo: ali koliko znadem, kad je papa Siksto V. osnovao kongregaciju za tumačenje tridentskoga sabora, prvi je prenio u djelokrug ove kongregacije reviziju pokrajinskih sabora. Velim, koliko je moguće, neka se u napredak čuva unutrašnje i domaće pravo tih sabora, ostavivši dakako u svemu nepovrijeđen ugled svete stolice (kojoj treba da se spisi prethodno pošalju), i vlast da pazi, ne određuje li se što takvo, što bi bilo protivno ugledu crkve, nauci crkve, pravima svete stolice i općenitoj crkvenoj stezi: ništa se pak neka ne dodaje, ništa ne mijenja, ništa ne umeće.

Još je nešto, što se ove stvari tiče, na što svraćam posebnu pažnju, a to jest, što se među razlozima, zašto valja akte pokrajinskih sabora slati amo, označuje u tekstu o biskupima i saborima na strani, ako se ne varam, dvadeset i devetoj: da se spisi sabora pregledaju, ne čini li se, da je štogod suviše ukočeno, ili nerazborito ili nedosljedno. Mogu reći, da sam po deseti puta čitao ovo mjesto, i jedva sam vjerovao svojim očima. Zar dakle da se može pretpostaviti, te bi čitav pokrajinski sabor, da bi metropolitanski biskup sa svojim sufraganima štogod zaključili ili odredili, što nije u skladu sa zdravim razumom? Ja se barem nikad ne bih usudio reći što takovo, čim bih drugoga uvrijedio: jer od svoje rane mladosti prije bi me po deset puta uvrijedili, nego li da ja komu dadnem povoda ma i za jednu uvredu. Doista pak uvjeren sam, da bih povodom ove opaske vrijeđao, kad bih kazao, da ova opaska nije u skladu sa zdravim razumom.

Još ću spomenuti jednu stvar, što se doduše ne nalazi u našim tekstovima, ali se nalazi u samoj stvari: jer sam biskup može katkada biti lišen službe svoje biskupije. Katkada se naime događa, a to pripada poglavljima, što govore o apostolskim vikarima, događa se, da se zbog nepravde vremena i zbog žalosnih prilika ouemogućuje jurisdikcija biskupa ordinarija bilo u nekom dijelu biskupije, bilo u čitavoj biskupiji; tako biva, da je ovakva biskupija aktualno ukinuta, ali biskupska prava što virtualno opstoje, da prelaze na svetu kongregaciju za raširenje vjere. Ja bih htio, da se ustanovom posebnog zakona odredi, neka bi unapredak u onim slučajevima, kad se prilike vremena promijene, kad prestane nepravda, i kad ožive biskupska virtualna prava tako, da se slobodno i uspješno mogu vršiti, neka bi se ovakve biskupije odmah povratile svojim redovitim biskupima.

Budući da sam milošću i dobrotom svetog oca apostolski provikar u beogradskoj i smederevačkoj biskupiji, reći ću još tek malo o apostolskim vikarima. Ja bih želio, da svi apostolski vikari, koji su doista biskupi, uživaju unapredak također sva prava i pogodnosti, što ih uživaju i ostali biskupi. Ta oni su odlikovani biskupskim dostojanstvom

cere quo aliquem offendam: nam potius a tenera iuventute mea decies offendar, quam una vice occasionem offensionis dem. Verum credo ad hanc observationem offenderem si dicerem, hanc observationem vere rationi sanae incongruam esse.

Unam adhuc rem commemorabo, quae quidam in schematibus nostris non adest, adest tamen in re ipsa: nam ipse episcopus posset aliquando munere dioecesis suae privari. Fit nempe aliquando, et hoc spectet ad ea capitula quae de vicariis apostolicis agunt, fit aliquando ut episcoporum ordinariorum iurisdictio propter temporum iniquitatem et tristitia adjuncta vel in aliqua parte dioecesis vel in tota dioecesi impossibilis evadat; fitque ut eiusmodi dioecesis suspensa quasi actu, virtualiter autem existentia iura episcopi ordinarii devolvantur ad sacram congregationem de Propaganda fide. Ego vellem ut legis specialis provisione caveatur ut deinceps in iis casibus, quando adiuncta temporis mutantur, quando iniquitas cessat, et quando virtualia iura episcoporum ita reviviscunt ut libere et cum fructu exerceri possint, ut huiusmodi dioeceses suis ordinariis episcopis mox restituantur.

Cum ex gratia et benevolentia summi pontificis sim provicarius apostolicus in dioecesibus Bellogradensi et Semendriensi, dicam paucissima saltem de vicariis apostolicis. Ego cuperem ut omnes vicarii apostolici, qui vere sunt episcopi, omnibus iuribus et praerogativis deinceps gaudeant, quibus etiam reliqui episcopi. Nam episcopali dignitate charactere et dignitate insigniti sunt, quemadmodum et nos: ipsi etiam eadem potestate sedent, discutiunt eodem iure et definiunt sicut et nos; pondus diei et aestus portant sicut nos quin imo aliquando maioribus adhuc cum difficultatibus, externa auctoritate et dignitate egent eodem modo ac nos, aliquando etiam magis quam nos: aequum igitur et iustum est ut vicariis apostolicis, qui veri et reales episcopi sunt, veras et reales habent obligationes, omnia cum reliquis episcopis iura et privilegia sint communia. Juxta hodiernam disciplinam vicarii apostolici non habent sic dictos conciliares menses intuitu residentiae, sed e suis aedibus se movere non possunt sine speciali sedis apostolicae dispensatione: imo vero ii vicarii apostolici, quanquam episcopi sint, absque speciali sanctae sedis dispensatione et venia ne limina quidem apostolica visitare audent. Illi non audent in aliena dioecesi, etiamsi episcopus consentiat, pontificalibus uti sub comminationibus censurarum, ut declaravit, si bene informatus sum, anno 1655 congregatio negotiis episcoporum et regularium praefecta, quae constitutio recentioribus temporibus est repetita. Ego itaque, repeto, desidero ut in iis schematibus, ubi agitur de vicariis apostolicis episcopis, caveatur speciali decreto, quod eorum iura et privilegia cum reliquis veris episcopis sint communia, praecorque et desidero ut non tantum Hierosolymis ob loci sanctitatem verus resideat patriarcha (quod nobis omnibus gratissimum est), sede cuperem etiam ut Alexandriae et Constantinopoli non simplices vicarii apostolici, sed veri resideant patriarchae: nam hoc illarum urbium dignitas et magnificentia, et magna catholicorum, qui ibi versantur aut illuc confluunt, multitudo requirit.

Haec itaque, venerandi patres, ad disciplinam pertinent; ecclesiae praecipua vis ac virtus et vitalitas in eo consistit, ut quibusvis temporibus suis consulat legibus, quod mihi occasionem dat finiendi cum

i značajem i čašću, kao i mi, oni također zasjedaju, raspravljaju i istim pravom zaključuju kao i mi: podnose breme i vrućinu dana kao i mi, što više, katkada i s većim poteškoćama, oskudijevaju na spoljašnjem ugledu i dostojanstvu isto tako kao i mi, a katkada i većma nego mi; pravo je dakle i pravedno, da apostolski vikari, koji su uistinu i stvarno biskupi, i imadu istinite i stvarne dužnosti, da imadu i s ostalim biskupima zajednička sva prava i povlastice. Prema današnjoj stezi nemaju apostolski vikari prava na tako zvane koncilijarne mjesece gledom na rezidenciju, nego ne smiju da se iz svoga sjedišta maknu bez naročitog dopuštenja apostolske stolice: što više, ti isti apostolski vikari, premda su biskupi, ne smiju bez naročitog oprosta i dopuštenja svete stolice niti pohađati apostolskih pragova. Oni se ne usuđuju u tuđoj biskupiji, makar i biskup dozvolio, da se služe biskupskim znacima, pod prijetnjom cenzura, kako je izjavila, ako sam dobro upućen, kongregacija postavljena za poslove biskupa i redovnika, a ta je odredba u novije vrijeme i ponovljena. Ja dakle, ponavljam, želim, da se u onim tekstovima, gdje se govori o apostolskim vikarima biskupima, posebnom odlukom istakne, da su njihova prava i povlastice zajednička s ostalim biskupima, te molim i želim, da ne bi samo u Jerusalemu zbog svetosti mjesta stolovao pravi patrijarha (što nam je svima veoma po volji), nego bih želio, da i u Aleksandriji i Carigradu ne budu samo jednostavni apostolski vikari, nego da i tu stoluju pravi patrijarhe: jer to iziskuje i velika čast i dostojanstvo tih gradova kaošto i veliko mnoštvo katolika, što se tamo nalaze ili se onamo stječu.

Ovo dakle, poštovani oci, spada na crkvenu stegu; naročita moć, jakost i životna snaga crkve stoji u tome, da se u svako vrijeme stara za svoje zakone, a to mi daje povoda da završim s nekom opaskom gledom na govor, što sam ga često spomenuo. Prekjučer čuo sam u ovom uzvišenom zboru reći, da su crkveni zakoni i zbirka kanonskoga prava tako savršeni, tako u svakom pogledu potpuni, tako nepromjenljivi, da se ne bi mogao niti jedan kamenčić izmijeniti iz ovoga veličajnog spomenika umijeća i znanosti, a da ne zaprijeti čitavoj ovoj golemoj zgradi ruševina.

Iskreno priznajem, da ja barem nijesam nikada čuo što takova. Ja sam čuo to, da su savršeni, božanstveni i nepromjenljivi članci vjere, za koje uvijek, svagdje i svi vjeruju, da su božanstveni, da su proizašli od Boga, da su tako vječni i tako nepromjenljivi kao Bog; pa ipak ispravno kaže Vincencije Lirinski u svom klasičnom djelu: dopušten je i u toj stvari napredak, ali dopušten je u istom mišljenju, u istom smislu, dopušten je u istom članku vjere, jer ono što je božanstveno, neiscrpivo je, i svijem narodima i plemenima, koji hoće da odanle crpu, pruža lijek spasenja i zala. No crkveni zakoni, ili zbirka kanonskoga prava nije nešto tako savršeno, da se ne bi moglo promijeniti; naprotiv mnogi su zakoni već zastarjeli, drugi nijesu primjereni našem vremenu i nezgodni su, treći su pobrkani, četvrti ne samo da se po sudu naučne kritike sumnja u njihovu pravost, već se drži, da uopće nemaju nikakva jamstva za pravost; pa zato, ako išta u crkvi potrebuje obnove, po mome barem mišljenju i po mišljenju mnogih drugih ovo je djelo što potrebnije obnove. I zacijelo će se smatrati jednim od slavnijih djela vatikanskog sabora također i to, da sastavi odbor muževa, što se odlikuju učenošću i svetošću, sabranim sa sviju strana svijeta; oni

observatione quadam relate ad orationem cuius frequenter mentionem feci. Nudius tertius audivi ego in hocce augusto coetu dici, leges canonicas et corpus iuris canonici adeo perfectum, adeo omnibus numeris absolutum, adeo immutabile esse, ut ne unum quidem lapillum ex magnifico hoc artis et scientiae monumento mutari possit, quin totum grande hoc aedificium ruinam minetur.

Sincere dico me quidem hoc nunquam audivisse. Audivi ego hoc, quod perfecta, quod divina, quod immutabilia sint dogmata, quae semper, quae ubique, quae ab omnibus creduntur fuisse divina, a Deo profecta, ita aeterna, ita immutabilia sicut Deus; et tamen recte dicit Vincentius Lirinensis in classico suo opere: datur etiam hac in re profectus, sed datur in eadem sententia, in eodem sensu, in eodem dogmate datur, quia illud quod divinum est, inexhaustum est, atque omnibus populis et gentibus, quae inde haurire volunt, remedia salutis et malorum praebet. Sed leges canonicae, sed corpus iuris canonici non adeo perfectum est, ut mutari non possit; e contrario plurinae leges iam obsoletae, aliae nostris temporibus non accommodatae et impracticae, aliae confusae, aliarum etiam authenticitas iuxta critices scientiam non tantum dubia sed nulla est: et ideo si quid in ecclesia reformatione eget, mea saltem et plurium sententia, hoc opus est quod reformatione eget. Et certe unum inter opera praeclariora huius Vaticani concilii erit, ut commissionem fundet ex viris eruditione et pietate praestantibus et ex toto terrarum orbe collectis; ut in eo intendant ut leges canonicas in ordinem redigant, et eas et ecclesiae et scholis accommodent.[7]) Cupio ego ut hoc fiat sub auspiciis sanctissimi domini nostri, quod certe ad gloriam nominis eius conferret: cupio ut a nobis id fiat, et hoc titulus erit et quidem non extremus ut commendemur apud omnes gentes, et gratitudinem mereamur omnium gentium.

neka nastoje oko toga, da srede crkvene zakone, te ih priudese za crkvu i škole. Želim, da to bude pod pokroviteljstvom našega presvetoga gospodina, što će zacijelo pridonijeti njegovoj slavi : želim, da se to zbude pomoću nas, i to će biti također jedan od ne baš posljednjih razloga, da se preporučimo svim narodima i zavrijedimo zahvalnost sviju naroda.

Verbalne opaske.

1.) Naglašuje svoje opozicijonalno stajalište.

2.) Obrana biskupskih prava, ali još opsežnije izvedena, nego u I. govoru, kako je spomenuto pod opaskom br. 4.)

3.) Karakteristično, kako Strossmayer često naglašuje odličje papinske časti i vlasti, što pocrtavamo za one, koji hoće Strossmayera prikazati buntovnikom proti papinskoj vlasti. Ovakve homagijalne izjave Strossmayer gotovo u svakom svom govoru ponavlja u raznim prigodama.

4.) Vrlo savremene misli, koje su bile ne samo u tadanje doba aktuelne, nego i danas, te se u cijelosti doslovce obistinjuju. Strossmayer je dakle želio, da Crkva uživa što veću slobodu i neovisnost od državne vlasti. Gdjegod se Crkva upuštala u pregovore s državnom vlasti, svagdje ona izvlači kraći kraj, jer popušta od svojih prava samo zbog toga da se izbjegne većem zlu. Crkva po svom univerzalnom karakteru i po svojoj misiji mora da se uzdiže nad sve države i narodnosti, i ne smije da se podaje u službu kakih efemernih političkih li nacijonalnih interesa. Kolike li opreke u tom pogledu između ispravnog shvaćanja Strossmayerova i shvaćanja tjesnogrudnih nacijonalista, odnosno silovitih imperijalista, koji hoće da im Crkva ropski služi u svrhu njihovih pretjeranih težnja; pogotovo pak se odavle vidi, da je Strossmayerovo stajalište skroz oprečno onom, na kakvom stoji takozvana starokatolička sekta, koja se proglašuje nacijonalnom crkvom i podaje se posvema u naručaj vlastodršcima, bili oni koje mu drago dlake.

5.) Istinitost ovih riječi posvjedočuju historijske činjenice iz davnih vremena crkve, a i nekoliko markantnih činjenica što su se zbile i poslije vatikanskog sabora. Tako primjerice u Njemačkoj za kulturnog boja, što ga je raspirio njemački državni kancelar Bismarck, pokazalo se, kako je neslomiva bila snaga njemačkih biskupa i svećenstva, koji su se svom energijom oduprli pritisku protucrkvenih zakona, pa zbog toga podnosili svakojaka nasilja i šikanacije državne vlasti, dok najposlije nije morao i sam »željezni kancelar« predati pred žilavim i ustrajnim otporom nepravedno potlačenih katolika. Sličnu pojavu vidimo u crkvenopolitičkom životu najnovijega razdoblja Čehoslovačke povijesti, gdje katolici u teškim i ustrajnim borbama osvajaju teren i osiguravaju svoja prava. A komu najposlije da ne imponira herojska borba mexičkih katolika, naročito pak njihovih biskupa i svećenika, kojih je na stotine i tisuće, što mučeničkom smrću zapečaćuju svoju vjernost i nepokolebivost u obrani prava katoličke crkve proti neronskoj tiraniji Calles-ovoj.

6.) Poznato je, da je upravo zbog prevelikog povjerenja crkvenih predstavnika prema svjetovnim vladarima došlo do žalosnih i sablažnjivih pojava u katol. Crkvi u vrijeme prije Grgura VII. To se i kasnije zapažalo djelomično u pojedinim državama u onim razdobljima, kad je osilila politička premoć nad crkvama. Tako primjerice u Francuskoj borbe Crkve s Filipom Lijepim i uopće za zapadnog raskola, a slično, ako i ne u tolikoj mjeri znamo da je bilo i u Austrijskoj imperiji za Josipa II. pa i u nedavnoj prošlosti za vlade Franje Josipa I. gledom na upliv u imenovanju visokih crkvenih dostojanstvenika. Ovo iskustvo treba da i danas naročito imadu na umu oni, kojima je povjerena pripravа za sklapanje konkordata.

7.) Ova misao nije bila uzalud nabačena, jer nekoliko decenija poslije toga dosta se pristupilo k ostvarenju te zamisli. Rad oko reforme kanonskog prava započela je specijalna komisija imenovana u tu svrhu od pape Pija X., a djelo je dovršeno za pape Benedikta XV. kad je g. 1918. stupio na snagu novi zbornik kanonskoga prava pod imenom »Codex iuris canonici«. što ga juridički stručnjaci smatraju pravim remekdjelom među dosadašnjim juridičkim zbirkama.

Iz ovoga se govora ujedno vidi, da je Strossmayer bio stručno verziran u juridičkoj struci.

O ŽIVOTU I ČASTI DUHOVNIKA

Sadržaj govora.

Na dnevnom redu je rasprava o tekstu konstitucije »De vita et honestate clericorum«, »O životu i poštenju duhovnika«. Strossmayer nije imao u programu, da nastupi kao govornik u raspravi o toj stvari, ali izvodi nekih govornika dadoše mu povoda, da uzme riječ.

Strossmayer se ne slaže s time, što se i ovdje odmah govori samo o dužnostima svećenika, a ne o njihovu dostojanstvu. Trebalo bi najprije govoriti o odličju i uzvišenosti svećeništva prema izvodima sv. Ivana Zlatoustog, a onda će se dužnosti veoma lako same po sebi izvesti kao zaključak. Prebacuje jednome od francuskih biskupa, što se pretjerano potužio na pogrješke francuskog svećenstva, te ih generalizovao, zaboravljajući na veoma zaslužne predstavnike francuskoga svećenstva. Treba stoga biti vrlo na oprezu, kad se u javnosti govori o manama svećenika, pogotovo, kad zlobni svijet jedva čeka zgodu, kako da se naškodi ugledu svećenstva. Istina imade i danas sablažnjivih primjera u redovima svećenstva, ali tomu se ne valja čuditi kraj tolikog broja svećenstva, kad vidimo, da se i među samom dvanajstoricom nalazio jedan izdajnik Juda. Treba paziti na to, kako će se što skladnije riješiti pitanje odnosa svećenstva prema episkopatu.

Strossmayer naglašuje, kako je u današnje doba pored kreposnog života svećenstvu također veoma potrebna solidna naobrazba, i to ne samo stručna teološka, nego po mogućnosti i u profanim znanostima u svrhu što temeljitije obrane vjere. Spominje primjere znatnih francuskih apologeta, kao Ravignana, Lacordaire-a, i Félix-a. Solidnom naobrazbom treba da svećenstvo sebi osigura upliv na školski odgoj i naobrazbu. Spominje potrebu reforme časoslova.

Strossmayer odlučno zastupa stanovište, da se duhovnicima uopće zabrani svako trgovačko poslovanje, jer iskustvo uči, da se tim duhovnici odalečuju od svoje zvanične službe i daje im se prigoda, te se podaju veoma odvratnim manama i grijesima. Kod primanja kandidata u svećenički stalež valja postupati veoma oprezno, te paziti na to, imadu li dotičnici doista pravo zvanje za stalež, a ne da se turaju u nj zbog materijalističkih motiva. Time će se također predusresti mnogim žalosnim pojavama, što su na sramotu i poniženje svećeničkom staležu. Upozoruje u tom pogledu na norme tridentskog sabora. Spočitava mizerne prilike svećenstva u nekim krajevima Italije, gdje je prinuždeno da prosjači i nedostojnim zanimanjima privrjeđuje svagdašnji kruh. Naglašuje, kako bi Rim morao biti u tom pogledu uzor čitavom katoličkom svijetu.

Na svršetku izražava Strossmayer svoje negodovanje zbog teškog načina raspravljanja u saborskim sjednicama u nepodesnim prostorijama, te odaje svoju bojazan, da sabor ne će uroditi željenim uspjesima.

DE SCHEMATE CONSTITUTIONIS DE VITA ET HONESTATE CLERICORUM

ORATIO

Reverendi patris domini Georgii Strossmayer episcopi Bosnensis et Sirmiensis.

Habita in conc. Vatic. super schemate „De vita et honestate clericorum" die 7. februarii 1870.

Eminentissimi cardinales praesides eminentissimi et reverendissimi patres.

Ego hunc sacrum ambonem vix conscendissem dicendi causa, nisi quaedam prolata fuissent, quae, salva conscientia mea, silentio praeterire non possum.

Eorum quae audivi, aliis assentior plene aliis dissentior. Assentior ex animo iis patribus qui dixerunt, decreto de vita et honestate clericorum praemittendam esse grandem et divinam sacerdotii et status clericalis ideam; quae rite tractata, prout eam sancti patres tractant, adeo foecunda est, ut ex ea omnes omnino sacerdotum et clericorum obligationes et eorum munera facili modo profluant, ita ut educantur omnia et muniantur quae necessaria sint: et ut una famae et existimationi sacerdotum consulatur, quae fama et existimatio iis tantopere ad vocationem suam cum fructu exercendam neccessaria est. Reverendissimi patres, cum ageretur de decreto circa episcopos eorumque obligationes condendo, tunc nos ordinis nostri et iurium nostrorum defensores strenui eramus; et cautum esse voluimus, ne quid vel invitis nobis diceretur, quod ordinem episcopalem vilipensioni alicui exponere posset. Justum est et aequum ut nunc, cum de sacerdotibus secundi ordinis agitur, nos episcopi eorum patrocinium suscipiamus: fratres enim nostri sunt, consacerdotes nostri sunt, cooperatores in vinea domini nostri sunt; praecipuam partem nostrarum curarum ipsi gerunt; sine ipsorum amore, confidentia, adhaesione, sine ipsorum pietate et zelo omnis nostra contentio, et omnis nostra vocatio inanis manebit.

Praeterea scitum notumque est omnibus, et hoc loco etiam questum, dari homines malevolos, qui in id intenti sunt, ut dissidiorum et divisionum zizania inter sacerdotes primi et secundi ordinis seminent, bene persuasi conatus eorum ad fidem et ecclesiam labefactandam tanto magis ex voto successuros, quanto magis si successerit unionis et consensionis vinculum laxare vel rumpere. Ideo, reverendissimi patres, ex animo assentior iis reverendissimis patribus qui dicunt, ea

KRITIKA NACRTA KONSTITUCIJE O ŽIVOTU I ČASTI DUHOVNIKA

III. GOVOR

biskupa Strossmayera na vatikanskom saboru,
održan dne 7. II. 1870.

(Mansi — Petit o. c. tom 50 — pag. 660 D — 668 C).

Uzoriti kardinali predsjednici, uzoriti i prečasni oci.

Ja bih jedva bio uzašao na ovu svetu govornicu da govorim, da nijesu rečene neke stvari, što ih ja ne mogu mirne savjesti mukom mimoići.

Od onoga, što sam čuo, neke stvari potpuno odobravam, a s nekima se ne saglašujem. Potpuno se slažem s onim ocima, koji rekoše, da treba dekretu o životu i poštenju klerika razviti kao uvod veličajnu i božanstvenu ideju o svećeništvu i kleričkom staležu; ako se o toj ideji valjano raspravlja, kaošto o njoj raspravljaju sveti oci, ona je tako plodna, da iz nje lako proistječu uopće sve obveze svećenika i klerika i sve njihove dužnosti, tako da se izvede i obrazloži sve što je nužno; ovako bi se postarali ujedno za dobar glas i poštenje svećenstva, a dobar glas i poštenje im je i te kako potrebno, da uzmognu uspješno vršiti svoje zvanje. Prečasni oci, kad se radilo o tom, da se sastavi dekret o biskupima i njihovim dužnostima, tada smo mi bili odvažni branitelji svojega reda i svojih prava; htjeli smo da se pripazi, da se i nehotice štogod ne kaže o nama, što bi moglo komu dati povoda za omalovažavanje biskupskoga reda. Pravedno je i pravo, da sada, kad se radi o svećenicima drugoga reda, preuzmemo mi njihovu zaštitu: ta oni su naša braća, naši susvećenici, naši suradnici u vinogradu Gospodnjem; veći dio naših briga vode oni; bez njihove ljubavi, povjerenja, privrženosti, bez njihove pobožnosti i revnosti bilo bi uzaludno sve naše nastojanje i sve naše zvanje.

Pored toga dobro je svima poznato, a i ovdje se čula pritužba, da imade zlobnih ljudi, koji teže za tim, da posiju drač razdora i pocijepanosti među svećenstvom prvoga i drugoga reda, jer su čvrsto osvjedočeni, da će njihovi pokušaji te pokolebaju vjeru i crkvu tim lakše uspjeti, čim im većma uspije da oslabe ili prekinu vez jedinstva i suglasja. Stoga, prečasni oci, ja se sasvijem slažem s onim prečasnim ocima, koji kažu, da ono, što je rečeno o nečistom konkubinatu, valja uopće izlučiti iz teksta.

Neka mi bude također ovdje dopušteno da izrazim svoju najdublju bol protiv onoga biskupa, koji je pretjerano i indiskretno govorio

quae immundo de concubinatu dicta sunt, prorsus de schemate esse eliminanda.

Et liceat mihi etiam hic dolorem animi mei intimum expromere contra episcopum illum, qui in ecclesiam Galliae exaggeratus et indiscretus erat. Utinam ego ea quae hic in hoc loco dicta sunt, in aeternum indicta reddere possem! Meminerit ille praesul praestantissimam ecclesiam Galliarum eam esse, quae hoc miserrimo nostro tempore ex teterrima et acerbissima persecutione, innumerorum martyrum et confessorum virtute et meritis victrix evasit; et si quae tum maculae inerant, eas sanguine suo abundanter lavavit. Meminerit ille praesul ecclesiam Galliarum gloriosam in orbe terrarum esse; et ut alia silentio praetEream, post Romam matrem et magistram nostrum omnium. Haec ecclesia insignem habet congregationem de Propaganda fide, ex qua viri et sacerdotes praestantissimi in orbem totum eunt, ut gentibus lumen evangelii afferant, quae in tenebris sedent: qui pii et sanctissimi sacerdotes quandoque confessores et illustres martyres merentur, ut de matre eorum honorifice loquamur. Meminerit ille praesul, et venia eius dictum sit, quando nos sacerdotes vulnerum hiatus et plagas aperimus, hoc nunquam fieri debet nisi tum cum manus applicamus vulneribus medendis, qua manu oleum et vinum infundimus. Quid diceret idem episcopus praestantissimus, si de Hispaniarum ecclesia et eiusdem vulneribus hic ageretur? Nonne is quasi filius dolore maximo afficeretur?

Deo laus, Deo laus, alio vivimus nunc tempore, quam ea fuerunt concilii Tridentini. Tristissimis illis temporibus quibus concilium Tridentinum de concubinatu loquebatur, concubinatus proh dolor! erat quasi regula in clero; vita autem honesta et pura quasi exceptio. Nunc autem, mea saltem persuasione, contrarium obtinet: nunc si de concubinatu loquendum est, concubinatus in clero exceptio; vita autem casta, et vita pura regula est. Exceptiones, venerandi patres, nullis legibus impedientur, nullis; quamdiu nos sacerdotes ex hominibus assumimur, ut pro hominibus dona et sacrificia offeramus. Nonne erunt hae, quousque nos ipsi sacerdotes de nobis dicere debemus quod olim sanctus Hieronymus de se dicebat: Miser sum et miserabilis et infirmus et nudus et peccator; primumque pro meis peccatis et iniquitatibus offerre debeo, antequam pro peccatis et iniquitatibus populi sacrificium offeram.

Venerandi patres, inter duodecim apostolos a Domino ipso electos, unus proditor et deicida, alter autem periurus negator erat. Quid mirum si inter quinquaginta millia sacerdotum dentur aliquot centena ab episcopis suis propter crimina sacerdotio exauctorati, qui Parisiis conveniunt ut vitam suam agant? Haec coram Deo existimo dicenda, et coram eo querenda, cuius patientia et virtus etiam in malo sacerdote et peccatore relucet. Et Christo Domino nostro gratiae agendae sunt immortales, quod suae redemptionis, suae charitatis, suae misericordiae munera in utilitatem populi christiani destinata, nunquam perversi sacerdotis perversitate et peccato perverti voluerit.

Venerandi patres, etiam iis patribus plene assentio, qui dicunt in processu contra sacerdotes culpabiles, ex informata conscientia episcopi et arbitrio in rarissimis tantum casibus procedendum; in iis nempe ubi aperta ratio scandali evitandi id suadet. Alias cuperem ut semper contra culpatum, contra culpae alicuius reos sacerdotes

protiv francuske crkve. Kamo sreće, kad bih mogao ono, što je ovdje na ovom mjestu rečeno, učiniti zauvijek nerečenim! Neka se sjeti taj prelat, da je upravo odlična francuska crkva u ovo prežalosno naše doba izašla kao pobjednica iz najužasnijeg i najoštrijeg progona krepošću i zaslugama nebrojenih mučenika i ispovjedalaca; pa sve da je tada i bilo kakvih ljaga, obilno ih je oprala svojom krvlju. Neka se sjeti onaj prelat, da je francuska crkva slavna diljem svijeta, te da ostalo prešutim, ona je poslije Rima majka i učiteljica sviju vas. Ova crkva imade odličnu kongregaciju za raširenje vjere, iz koje idu najodličniji muževi i svećenici na sve strane svijeta, da narodima, koji sjede u tmini, donesu svijetlo evanđelja. Ovi pobožni i veoma sveti svećenici, koji gdjekada postaju ispovjednici i mučenici zavrjeđuju, da o njihovoj majci govorimo s poštovanjem. Neka se onaj prelat sjeti i neka mi dopusti da kažem, kad mi svećenici otvaramo brazgotine rana i bolove, nikada ne smije to da bude inače nego tada, kad se mašamo rukama da liječimo rane, da rukom ulijevamo ulje i vino. Što bi isti veoma odlični biskup rekao, kad bi se ovdje raspravljalo o španjolskoj crkvi i njezinim ranama? Ne bi li njemu kao sinu bilo to veoma žao? Bogu hvala, Bogu hvala, sada živimo u drukčijem vremenu, nego li je bilo ono za tridentskoga sabora. U ono veoma žalosno vrijeme, kad je tridentinski sabor raspravljao o priležništvu, nažalost, bilo je priležništvo u kleru kao pravilo; dok je pošten i čist život bio kao izuzetak. Sada pak, barem po mom osvjedočenju, jest protivno: sada ako treba da se govori o priležništvu, priležništvo je u kleru izuzetak; dok je čist život, neporočan život pravilo. Izuzeci, prečasni oci, ne će se prepriječiti nikakovim zakonima, nikakvim; doklegod mi svećenici ničemo između ljudi, da prinosimo za ljude darove i žrtve. Ne bismo li morali, dok mi sami svećenici, govorimo o sebi, reći o sebi ono, što je nekoć rekao sveti Jeronim o sebi: Bijedan sam i vrijedan sažaljenja i slab i gol i grješnik; i prije treba da prinosim žrtvu za svoje grijehe i nepravde, nego li ću prinijeti za grijehe i nepravde puka.

Poštovani oci, među dvanajstoricom apostola, što ih je sam Gospod izabrao, jedan je bio izdajnik i bogoubojica, a drugi krivokletni zatajivač. Zar je onda čudnovato, da i između pedeset tisuća svećenika imade njih nekoliko stotina, koji su od svojih biskupa zbog zločina lišeni svećeničkog dostojanstva, te se sastaju u Parizu, da na svoj način živu? Ovo držim, da treba reći i na ovo se požaliti pred Bogom, kojega strpljivost i krepost odsijeva također na zlu svećeniku i grješniku. Gospodu pak našem Kristu ide besmrtna hvala, što nije htio, da se ikada opakošću opaka svećenika i grijehom uništavaju darovi njegova spasenja, njegove ljubavi i njegova milosrđa određeni za korist kršćanskoga puka.

Poštovani oci, ja se također posvema slažem i s onim ocima, koji kažu, da u parnicama protiv svećenika koji su se ogriješili, valja tek u veoma rijetkim slučajevima voditi postupak ex informata conscientia i po mišljenju biskupa; i to samo u onim slučajevima, gdje to traži očevidni razlog da se izbjegne sablazni. Inače želio bih, da se vazda postupa protiv okrivljenoga, protiv svećenika, koji su štogod krivi redovitim postupkom; tako da se nikad ne čini, da je svećenik, koji je kriv kojega težega grijeha, osuđen samo po sudu biskupa, nego zbog vlastite krivnje i po objektivnom pravorijeku zakona. Poštovani oci,

semper definitorii processus ordine procedatur; ut sacerdos culpae alicuius gravioris reus nunquam arbitrio episcopi, sed suae propriae culpae ratione et legis obiectivo dictamine condemnatus videatur. Venerandi patres, de re summi momenti agitur; et convictus sum quod si haec quae de processu extraiudiciali in nostro schemate dicuntur in corpus iuris illata fuerint, confusiones et ambiguitates corporis nostri iuris in confusionem et in ambiguitatem plus abibunt. Quanti etiam momenti res sit probabo ex eventu uno, cuius fama toto terrarum orbe percrebuit.

Quando conventio illa inter sanctam sedem, et inter Austriae imperirum claruit, quae conventio suis auctoribus semper gloria et laudis titulus erit; tunc malevoli publicistae in ephemeridibus duabus rationibus hanc conventionem aggressi sunt. Primo sursum versus, dixerunt enim: haec conventio iniuriosa est iuribus principum et civitatum. Jura principum et civitatum per has conventiones vaferrimo extollunt modo ut contra hanc conventionem salutarem principes huius saeculi et magistratus irritent et ad oppositionem provocent. Deorsum versus autem hae ephemerides hoc semper dicebant: ecce haec conventio episcopis nescio quae iura et privilegia tribuit, clerum autem inferiorem negligit; eius iura, eius vitam, eius existentiam episcoporum arbitrio et tyrannidi exponit. Et possum dicere quod haec quamvis calumniose dicta, tamen in multorum sacerdotum animis insederint, et multos sacerdotes ab episcopis suis alienaverint.[1]) Res haec magni momenti est: et possum diecere quod ubi hoc schema publicatum est et in manus quorumdam presbyterorum theologorum devenit, ad me venerunt rogantes me per omnia sancta, ut eorumdem me vindicem exhibeam. Quietos illos esse iussi, bene gnarus quod homines eloquentiores et doctiores et maioris auctoritatis eorum defensionem suscepturi essent; quorum opinioni et defensioni ego ex toto corde accedo.

Secundum quod mihi dicendum est, est hoc. Optime schema nobis propositum de pietate et devotione sacerdotum agit: nam hoc primum certe in sacerdote est, neque firmius argumentum et magis credo homini proprium est, quo sacerdos ad doctrinae, quam praedicat, confirmationem utetur quam argumentis ex vita sancta et devota depromptis. Scio ego et certum est, vitam sacedotis esse debere velut apertum evangelii librum, ex quo non tantum docti et lectionis gnari, sed indocti et simplices quovis tempore quid legant, et quid agere debeant desumant. Desiderandum est, quemadmodum olim Dominus primis nascentis ecclesiae temporibus religioni christianae quantocius diffundendae medium invenit in sanctitate, in vitae integritate primorum christianorum, in eorum charitate, in eorum longanimitate et patientia; ita et per hanc synodum agendum ut Deus hodie malis huius mundi in sanctitate et integritate vitae sacerdotalis aptissimum et efficacissimum remedium paret. Sed si hoc verum est, verissimum etiam est hodierno die sacerdotibus omni possibili modo esse scientiae tum sacrae tum profanae culturam inculcandam. Nam unde hostes ecclesiae et religionis hodie potissimum arma ad fidem et ecclesiam labefactandam desumunt? Nonne ex falsi nominis scientia? Sacerdos itaque, qui constitutus est a Deo causae divinae advocatus et defensor, nonne obligatur hodie iisdem armis ex scientia veri nominis tum sacra tum profana depromptis fidem divinam defendere?

radi se o veoma važnoj stvari; i uvjeren sam, kad bi ovo bilo uneseno u zbornik prava, što se govori u našem tekstu o izvansudbenom postupku, još će metež i dvoumljenja zbornika našega prava zapasti u veći metež i dvoumljenje. Kako je važna ta stvar, pokazat ću na osnovi jednoga slučaja, o kom se pročulo po čitavom svijetu. Kad je objelodanjen onaj ugovor između svete stolice i austrijske vlade, koji će ugovor služiti vazda na slavu i čast svojim sastavljačima; tada su zlobni novinari s dva razloga stali napadati taj ugovor u svojim časopisima. Prvo odozgo, jer rekoše: ovaj je ugovor nepravedan s obzirom na vladarska i državna prava. Oni izdižu najlukavijim načinom vladarska i državna prava s obzirom na taj ugovor, da razdraže svjetovne vladare i poglavarstva proti tome korisnom ugovoru. Odozdo pak govorilo se u časopisima: evo taj ugovor daje ne znam koja prava i povlastice biskupima, a odnemaruje niži kler; njegova prava, njegov život, njegov opstanak prepušten je sudu i samovolji biskupa. I mogu reći, da se ovo, premda je podvala, ipak usadilo u duše mnogih svećenika, te mnoge svećenike otuđilo od biskupa. Ovo je veoma važna stvar: i mogu reći, gdjegod je ovaj tekst bio objelodanjen i dopao u ruke nekih svećenika bogoslova, dođoše k meni zaklinjući me svim što je sveto, da ih uzmem u obranu. Ja sam im rekao, neka se umire, znajući dobro, da će njih uzeti u obranu ljudi rječitiji, učeniji i ugledniji; njihovu se mišljenju i obrani ja od srca pridružujem.

Drugo što treba da kažem, jest ovo: Odlično je, što se u predloženom nam tekstu govori o blagosti i pobožnosti svećenika, jer ovo je bez sumnje prvi i držim da nema jačega čovjeku najprirodnijeg dokaza, kojim bi svećenik potvrđivao nauk, što ga naučava, nego li su dokazi uzeti iz sveta i pobožna života. Ja znam, i očevidno je, da svećenički život treba da bude kao otvorena knjiga evanđelja, odakle imadu ne samo učeni i pismeni, nego i neuki i priprosti u svako doba što da čitaju i upućuju se što moraju da čine. Poželjno je, kaošto je nekoć u prvim vremenima, dok se crkva rađala, Gospod pronašao kao pomagalo da se kršćanska vjera što brže proširi svetost i neporočnost života prvih kršćana, njihovu ljubav, njihovo velikodušje i strpljivost; tako valja da činimo i pomoću ovoga sabora, da i danas Bog pripravi, kao najpodesniji i najuspješniji lijek protiv zala na tom svijetu, svetost i neporočnost svećeničkog života. Ako je pak to istina, onda je sasvijem očevidno također to, da u današnje vrijeme valja svećenicima preporučivati svim mogućim načinom, da gaje znanost, kako svetu, tako i svjetovnu. Jer odakle vade danas neprijatelji crkve i vjere naročito oružje, da pokolebaju vjeru i crkvu? Zar ne iz lažne znanosti? Nije li dakle i svećenik, koji je od Boga postavljen, da bude odvjetnikom i braniteljem božje stvari, nije li, kažem, danas dužan braniti vjeru božju istim oružjem, ali uzetim iz prave znanosti bilo svete bilo svjetovne?

Poštovani oci, ako ikada, a ono valja danas svećenicima preporučivati onu riječ svetog Jeronima, da se danju i noću u znoju lica svoga hrane hljebom božanstvenog pisma, ako hoće da udovoljavaju svome zvanju. Ako ikada, a ono je danas zgoda, da se u vatikanskom saboru svećenicima preporuča, kaošto je nekoć bilo zapovijeđeno proroku da proguta božanstvenu knjigu, tako neka i danas svećenici gutaju svete i svjetovne knjige, svjesni svoga poziva i poslanja, da mogu braniti vjeru i crkvu. Eno veoma odlični francuski biskupi nastojali

Venerandi patres, si quando, hodie sacerdotibus inculcandum est illud sancti Hieronymi, ut scripturarum divinarum pane diu ac noctu in sudore vultus sui vescantur, si velint vocationi suae satisfacere. Si quando, hodie tempus est ut sacerdotibus per concilium Vaticanum inculcetur, ut quemadmodum olim propheta iussus est librum divinum devorare, ita sacerdotes suae vocationis et suae missionis hodie memores, libros sacros et profanos devorent, ut fidem et ecclesiam defendere possint. Ecce praestantissimi Galliarum episcopi iam a longissimo tempore in id intenti sunt, ut libertatem institutionis, et scholas erigendi nanciscantur. Praestantissimi episcopi Germaniae mea quidem sententia summam laudem merentur, quod de eo cogitent ut universitates catholicas et scholas in medio Germaniae erigant. Verum quidem est in huiusmodi scholis etiam partem habent laici, quia etiam illi vocati sunt ut comparticipent in regali sacerdotio, atque imprimis tunc cum fides in periculo est, ut et ipsi muros domus Israel sua virtute et sua scientia defendant. Sed credite mihi, nisi sacerdotes eruditi et docti semet praeburint duces et antesignanos; nisi sacerdotes fuerint, praeter quam sal terrae, etiam lumen mundi: lumen mundi, ut quidam sanctorum patrum dicit, lumen diei ut doctrinae divinae lumen quaquaversus diffundant, lumen noctis ut errorum tenebras dissipent, et populis sibi creditis viam ad claritatem diei demonstrent: si haec non fuerint, omnia frustra manebunt.

Hodie, reverendissimi patres mea sententia, fides divina non tantum communi et ad parvulorum modum accommodata modo defendi et propugnari debet, sed etiam genio virorum eruditorum accommodato. Ibi demonstrandum est, fidem a coelo delatam esse ideo, ut eius influxu omnes vitae publicae et privatae rationes, omnes mundi institutiones sanctificentur, ut eleventur, ut a nativis suis defectibus liberentur, et ut per fidem sanctam quae divina est, immortalitatis praemio donentur. Hodie fides et religio defenditur Parisiis per clarissimum defunctum patrem Ravignan, et Lacordaire, et patrem Felix. Cuperem ego ut hoc modo in omnibus maioribus civitatibus, ubi, ut notum est, sedes corruptionis et sedes sunt falsi nominis scientiarum, ut huiusmosdi viri novi Ambrosii exurgant, ut Augustinos alliciant, ut ex illis alios sanctos tam illustres, qualis Augustinus fuit, efficiant.

Reverendissimi patres, conquerimur et iuste conquerimur, quod ephemerides et pagellae publicae modo in religionem impune et ecclesiam desaeviant. Justa est querela; sed credite, erit inanis et vacua, quousque in id intenti non fuerimus, ut sacerdotes docti et eodem modo quo adversarii ad ecclesiam labefactandam utuntur, eo prorsus ad eam defendendam utantur.[2]) Nihil veritas divina, nihil habet quod metuat; modo dignos advocatos et defensores inveniat. Cuperem ego, cuperem: olim sacerdotalis status sui privilegio scholas omnes et institutiones in suis manibus habuit, hodie hoc cessavit sed cuperem ego ut hodie quod olim sacerdotes sui status privilegio obtinebant, id scientia veluti extorqueant a principibus et magistratibus huius saeculi, ut in scholas penetrent et iuventutem eruditam in suas manus lucrentur.[3]) Tum efficietur quod olim Tertullianus in Apologetico dicebat: „Externi (hesterni) sumus, sed omnia vestra implevimus et imperium et magistratus et domus sola vobis reliquimus templa". Verum reverendissimi patres, existimo si quando, hodie praesertim petitam summis modis scientiae culturam sacerdotibus esse commendandam,

su već odavna oko toga, da zadobiju slobodu nastave i podizanja škola. Veoma odlični njemački biskupi zaslužuju po mom mišljenju najveću hvalu, što misle o tom, kako da u Njemačkoj podignu katolička sveučilišta i škole. Istina je doduše, da na takvim školama sudjeluju također i svjetovnjaci, jer su i oni pozvani, da budu sudionici u kraljevskom svećeništvu, a u prvom redu tada, kad je vjera u opasnosti, da i oni svojom snagom i svojim znanjem brane zidove kuće Izraelove. Ali vjerujte mi, ako se izobraženi i učeni svećenici ne pokažu kao vođe i stjegonoše, ako svećenici ne budu pored toga što su sol zemlji, također i svijetlo svijeta: svijetlo svijeta, kako kaže neki sveti otac, danje svijetlo, što rasipava svijetlo božanstvene nauke na sve strane, noćno svijetlo, da raspršuje tmine zabluda, da sebi povjerenom puku pokazuju put k jasnom danu: ako toga ne bude, sve će ostati bez koristi.

Danas, prečasni oci, potrebno je po mom mišljenju, da se brani i zaštićuje božanska vjera ne samo općenitim načinom i prilagođenim za malene, nego i načinom prilagođenim duhu učenih ljudi. Tu valja dokazati, da je vjera zato s neba donesena, da se pod njezinim uplivom posvećuju sva područja javnog i skrovitog života, uredbe na svijetu, da se uzdignu, da se oslobode od svojih prirođenih nedostataka, te da po svetoj vjeri, koja je božanstvena, budu obdareni besmrtnom nagradom. Danas brani u Parizu vjeru i religiju veoma odlični pokojni otac Ravignan, pa Lacordaire i otac Felix. Ja bih želio, da se tako u svim većim gradovima, gdje je kako je poznato sjedište pokvarenosti, sjedište lažne znanosti, pojavljuju ovakvi ljudi novi Ambroziji, da k sebi privlače Augustine, da po njima stvaraju druge svece tako slavne kašto je bio Augustin.

Prečasni oci, tužimo se i to spravom se tužimo, što sada časopisi i novine nekažnjeno navaljuju na vjeru i crkvu. Opravdana je tužba; ali vjerujte mi, bit će uzaludna i prazna, doklegod ne ćemo uznastojati, da učeni svećenici sasvim jednako, kaošto nastoje protivnici da pokolebaju crkvu, uznastoje nju da brane. Božanstvena istina nema ničesa, čega bi se bojala; samo treba da imade dostojne odvjetnike i branitelje. Ja bih živo želio: nekoć je svećenički stalež kao svoju povlasticu, sve škole i sve zavode u svojim rukama imao, ali danas je to prestalo; no ja bih želio, da danas svećenici ono, što su nekoć dobili kao povlasticu svoga staleža, da to takoreći znanjem opet zadobiju od vladara i svjetovnih poglavarstava, da prodru u škole i dobiju naobraženu mladež u svoje ruke. Tada će se ostvariti ono, što je nekoć govorio Tertulijan u Apologetiku: „Od juče smo, i sve smo vaše napunili, i vladu i poglavarstva i kuće, ostavili smo vam samo hramove". Doista, prečasni oci, ja mislim, ako ikada, a to valja naročito danas svećenicima preporučati, da što više gaje znanost, da se ne bi dogodilo, te oni, koji bi morali biti postavljeni visoko, štoviše, na najvišem vrhuncu, te svojim pogledima i vidokrugom dopirati do na kraj zemlje, kao da stoje na podnožju gore te u svojoj tvrdoglavosti i oholosti ili ne znadu za pogled i vidokrug drugih ili ga niječu.

Ima još treće, o čemu sam nakanio da govorim. Jedan od poštovanih otaca govoreći o poslovanju, što se u tekstu dopušta klericima i svećenicima uz izvjesne mjere opreznosti, taj prečasni otac govoreći o stjecanju i trgovini, razlikovao je prema Benediktu XIV. trgovinu u pravom i nepravom smislu; isti taj učeni i rječiti muž, koga i ja doista poštivam, naveo je neke posebne primjere i zapitao: Kakva je da-

ne id eveniat ut qui in alto positi esse deberent immo in vertice, et visus et prospectus suos protendere usque ad extremum terrarum, ne ii in radice quasi montis constituti in sua obstinatione et elatione aliorum visus aut prospectus aut ignorent aut negent.

Tertium adhuc est de quo loqui constitui. Quidam venerandorum patrum loquens de negotiatione, quae quasi indulgentia sub certis cautionibus clericis, et sacerdotibus in schemate nostro fit, loquens hic reveredissimus pater de questu et negotiatione, distinxit iuxta Benedictum XIV negotiationem proprie et improprie dictam, et idem vir doctus et eloquens et a me vere aestimatus, specialibus quibusdam exemplis adductis quaesivit: quae ergo illa negotiatio est, quae clericis, certis cautionibus, in schemate indulgetur ? Pace tanti viri, quem, ut dico aestimo, ego cum modestia et humilitate meam sententiam ei dicam. Sum ex genere eorum vixorum, qui in legibus disciplinaribus condendis cautum esse volunt *ne quid nimis*; quia penes humanae naturae proclivitatem ad excusandas excusationes in peccatis nil communius est, quam ut homines, obtentu nimietatis, obtentu grandioris alicuius insolitae difficultatis, a necessariis observatu possibilibus, immo perviis etiam ac facilibus se subducant. Ideo ex toto assentior iis, quae excellentissimus Colocensium episcopus de breviario reformando atque usibus cleri, qui in cura animarum constituitur et in dies magis magisque occupatur, accommodando elocutus est.[4])

Quantum autem ad negotiationem attinet, ego sacerdotibus et clericis omnem omnino negotiationem prohiberem. Et ratio est, quia ego unam saltem negotiationis et quaestus speciem nosco, quae sacerdote et clerico digna est : haec autem omnem aliam negotiationis speciem, sive illa propria sit, sive impropria, excludit. Est haec negotiatio, quam divini muneris largitate in sacra ordinatione suscipiunt. Haec negotiatio unica sacerdotis et clerici est ; quae non sinit talentum terrae infodere, non inane relinquere, sed illam negotiationem ita excercere debet, ut Domino talentum illum cum foenore et usura restituere possit. Tota sacerdotis vita et clerici unice Christo eiusque gloriae, et saluti animarum devota esse debet : atque summopere cavendum, ne unquam sacerdotes aut clerici ad eam negotiationem redigantur, ut abstracti a vocatione sua ministeriis peregrinis, et a sacerdotii dignitate saepe contrariis vacare debeant. Huc quadrat illud sacrae scripturae effatum : Nemo militans Deo, implicat se negotiis saecularibus.

Accedit et aliud periculum, penes humanae naturae pravitatem et ad omne malum proclivitatem, quaestus quicumque et quibuscumque cautionibus muniatur, facile degenerat in effraenem lucri, et divitiarum cupiditatem ; hinc iniustitias, iniquitates maxime dolendas. Temporum nostrorum malum unde est ? Nonne inde, quod viri negotiantes et prava lucri cupidine allecti omnes divitias in manibus suis coacervant, atque omnis charitatis expertes magnam mortalium partem ad extremam et hucusque inauditam egestatem condemnant ; condemnant ad servitutem quandam, quae longe peior est servitute quae olim Athenis et Romae sub idololatria et paganismo vigebat. Clericum et sacerdotem ab hoc periculo non esse liberum et immunem terribili Judae proditoris exemplo comprobatur ; quem contra perditionem nec Domini electio, neo eiusdem (eadem) praesentia, nec sancta eius exempla et monitio impedire potuerunt. Hinc est quod quantum

kle to trgovina, što se u tekstu dopušta klericima uz izvjesnu opreznost? Čast ovako uglednom mužu, koga ja kako kažem poštivam, ali ja ću skromno i ponizno reći što ja mislim. Ja sam takav čovjek, te hoću da budem oprezan, kad se stvaraju zakoni, da ne bude što suviše; jer pokraj sklonosti čovječje naravi, da se u grijesima opravdava isprikama, ništa nije općenitije, nego da se ljudi pod izlikom prekomjernosti, pod izlikom kakve veće neobične poteškoće sustežu i od ispunavanja onoga, što je nužno, što više i od takvih stvari, koje su pristupačne i lake. Zato se posvema slažem s onim riječima, što ih je rekao preuzvišeni biskup kaločki o preudesbi časoslova, i o tom, kako da se prilagodi za uporabu klera, što se nalazi u dušobrižnoj službi, te je od dana u dan sve više zaposlen.

Što se pak tiče trgovine, ja bih svećenicima i klericima zabranio uopće svaku trgovinu. Razlog pak jest taj, što ja znam tek jednu vrst trgovine i stjecanja što se dolikuje svećeniku i kleriku; a ta vrst trgovine isključuje svaku drugu, bila ona u pravom ili u nepravom smislu. Ta pak vrst trgovine jest ona, što je primaju darežljivošću božanstvene službe u presvetom ređenju. To je jedina svećenička i klerička trgovina; ta trgovina ne dopušta, da se talenat zakopa u zemlju, ne dopušta da se ostavi utaman, nego tu trgovinu treba tjerati tako, da se uzmogne Gospodu povratiti taj talenat s dobitkom i kamatima. Čitav svećenički i klerički život treba da bude posvećen jedino Kristu i njegovoj slavi i spasenju duša: s toga valja biti veoma na oprezu, da se svećenici i klerici nikada ne podaju takvoj trgovini, da se odvraćeni od svoga zvanja moraju baviti tuđim poslovima, i često oprečnim sa svećeničkim dostojanstvom. Ovdje vrijedi ona riječ svetoga pisma: Nitko, tko vojuje za Boga, neka se ne upliće u svjetovne poslove.

K tomu pridolazi i druga pogibao uz zloću ljudske naravi i sklonost na svako zlo, a ta je, da se svaka vrst tečenja, bio čovjek ma i kako oprezan, lako izrodi u neobuzdanu požudu za dobitkom i bogatstvom; zbog toga valja najvećma žaliti nepravde i opačine. Ta odakle je savremeno zlo? Nije li odatle, što ljudi koji trguju i koji su zavedeni zlom požudom za dobitkom, nagomilavaju sve bogatstvo u svojim rukama, te nemajući smisla za ikakva ljubav osuđuju veliki dio smrtnika na skrajnju i dosele nečuvenu oskudicu; osuđuju ih na neku vrst ropstva, koje je daleko gore od onoga ropstva, kakvo je bilo nekoć u Ateni i Rimu u vrijeme krivoboštva i poganstva. Da pak klerik i svećenik nije slobodan i siguran od ove pogibli, potvrđuje nam strašan primjer izdajnika Jude; njega ne mogoše spriječiti od propalosti niti Gospodnji izbor, niti njegova prisutnost, niti njegovi sveti primjeri i opomena. Zbog toga i jest, koliko je meni bar poznato, svuda po svijetu i među narodima, u udruženim državama američkim, u Francuskoj, u Njemačkoj, pa i u našoj Ugarskoj i Hrvatskoj, svećenicima najstrože zabranjena svaka trgovina, i nikad nije biskupima ni palo na um, te bi pomišljali na to, da dopuste svećenicima ili klericima kakvu vrst trgovine, pa makar to bilo uz kakve mu drago mjere opreznosti.

Ako dakle imade u crkvi krajeva, gdje je nužno, da se daju takva dopuštenja, tada ta nužda mora postojati zbog posebnih prilika onih krajeva, odnosno da točnije i istinitije kažem u Gospodu, treba da stoji ta nužda u tom, što se kanoni i propisi crkve o primanju klerika, a njihovu pripuštanju na ređenje, o njihovom uzgoju i iskušavanju, i o

ego saltem sciam, ubique terrarum et gentium, et in foederatis Americae regionibus, et in Galiis, et in Germania et in nostra Hungaria et Croatia omnis negotiatio sacerdotibus strictissime vetita sit; nec unquam episcopi ad id veniunt, ut aliquando cogitent de aliqua specie negotiationis sacerdotibus aut clericis sub quibuscumque demum cautionibus undulgenda.[5])

Si ergo in ecclesia Dei dantur regiones, in quibus harum indulgentiarum necessitas est, tum haec in peculiaribus earum regionum adiunctis sita esse debet, et ut cautius et verius dicam in Domino, in eo sita est debet, quod canones et leges ecclesiae de clericis suscipiendis, de iis ad ordinem admittendis, de iis instituendis, de iis probandis, de providendo iis; quod canones et leges ecclesiae Christi accurate non observentur. Scimus omnes primum et principale in clerico esse vocationem. Si vocatio in tuto posita non est, frustra condentur mille de honestate clericorum regulae: qui per ostium non ingreditur, vix unquam pastor evadet, sed plerumque statui sacedotali et clericali opprobrio et dedecori erit. Hinc est quod in ecclesia Dei summopere semper cautum fuerit, ne unicuique irrepat facilitas aut plane levitas in iis ad sanctuarium recipiendis, qui saepe ad ostium stantes opportune, importune, saepe etiam sinistris motivis ingressum sollicitant. Summopere in ecclesia Dei cautum fuit, ne omnibus cito manus imponantur, sed nonnisi iis, qui longiori probationis disciplina subacti, et statu sacerdotali et clericali digni inventi sint. Summopere in eclesia Dei semper cautum fuit, ut clericis et sacerdotibus de honesta vitae sustentatione omnino ita provisum sit, ut quemadmodum concilium Tridentinum sess. XXI loquitur, clerici nunquam cogantur cum dedecore status sui aut mendicare, aut turpem quaestum exercere. Haec sunt verba concilii Tridentini. Semper in ecclesia Dei summopere cautum fuit, ut clerici et sacerdotes sanctae obedientiae vinculo episcopo suo uniti, certis ecclesiis, certis piis locis deserviant, ne, ut concilium itidem loquitur, incertis sedibus vagentur, et fallacia beneficia ementiantur.

Ego existimo, si haec quae dixi, ubique terrarum et gentium observarentur, non videremus ut videmus sacerdotes et clericos eo aliquando miseriarum et egestatis prolapsos, ut nedum tantum in domibus sed etiam in publicis plateis et foris stipem mendicent; non videremus clericos et sacerdotes solis missarum stipendiis victitantes, et vilibus etiam mediis modis vitae media quaerentes; non audissemus ut audivimus episcopum querentem quod eius regiones peregrinis et vagis sacerdotibus quasi locustis inundentur;[6]) verbo, non videremus nos ad necessitatem redactos, ut clericis et sacerdotibus, in quibusdam casibus propter vitae miseriam, quaestum quemdam indultum facere debeamus.

Cum haec dico, dico sancta certe et pia intentione, quia cuperem ut tota ecclesia imprimis autem mater nostra et magistra nostra, quam toto cordis affectu diligo, de qua cuperem, ut sit immaculata et munda ab omni ruga et macula, ut omnes etiam qui hostiliter veniunt non habeant occasionem eam calumniandi, verum ut tamquam immaculata, et satis illibata sit coram populis et gentibus traducenda. Dum autem haec cogitarem, incidit in manus meas concilium provinciale romanum sub Benedicto XIII pontifice celebratum, cuius verbis ego ex toto cordis affectu subscribo. En autem haec. Cocilium Romanum sub

njihovu namještanju, što se ti kanoni i zakoni crkve Kristove točno ne vrše. Svi znamo, da je prvo i glavno kod klerika zvanje. Ako nema sigurna zvanja, uzalud je sastavljati i tisuću pravila i poštenju klerika: tko ne ulazi kroz vrata, jedva će ikada postati pastirom, nego će ponajčešće biti na ruglo i sramotu svećeničkom i kleričkom staležu. Zato se u crkvi Božjoj vazda najpomnije pazilo na to, da se ne bi kod pojedinaca uvukla kakva uslužnost ili dapače lakoumnost kad ih se prima u svetište, i koji stojeći pred vratima pokušavaju da uđu zgodno, nezgodno, a često i s neplemenitim nakanama. Veoma se u crkvi Božjoj pazilo na to, da se ni na koga brzo ne polažu ruke, ni na koga nego na one, koji su se podvrgli oduljoj stezi kušnje, te su pronađeni dostojnima svećeničkoga i kleričkog staleža. Veoma se u crkvi Božjoj uvijek pazilo i na to, da se posvema tako postaralo za pristojno životno uzdržavanje klerika i svećenika, kako to govori tridentski sabor u XXI. sjednici, da kletici nikad nijesu prisiljeni na sramotu svoga staleža prosjačiti ili se baviti sramotnom trgovinom. Ovako govori tridentski sabor. U crkvi Božjoj vazda se mnogo pazilo na to, da klerici i svećenici sjedinjeni sa svojim biskupom vezom svete poslušnosti služe u određenim crkvama, u određenim pobožnim mjestima, i, kako veli isti sabor, da ne lutaju po neizvjesnim sjedištima i ne izmišljaju prijevarne nadarbine.

Ja mislim, kad bi se ovo, što sam rekao, svuda po svijetu i među narodima vršilo, ne bismo vidjevali, kaošto vidimo, svećenike i klerike, da se nalaze u tolikoj bijedi i oskudici, te prosjače milostinju ne samo po kućama, nego i po javnim ulicama i trgovima; ne bismo viđevali klerika i svećenika, što životare samo od misnih nagrada, i pribavljaju sebi na prezren i nedostojan način ono, što trebaju za život; ne bismo čuli, kaošto smo čuli biskupa koji se tuži, da su njegovi krajevi poplavljeni tuđim i nestalnim svećenicima kao skakavcima; jednom riječju, ne bismo bili prinuždeni, da moramo klericima i svećenicima u nekim slučajevima zbog životne nevolje davati kakvo dopuštenje za trgovinu.

Kad to govorim, govorim doista sa svetom i pobožnom nakanom, jer bih želio, da čitava crkva, a ponajprije naša majka i naša učiteljica, koju ljubim svim žarom srca, i za koju bih želio, da bude neokaljana i čista od svake mrlje i ljage, pa da je nitko, ni oni koji dolaze kao neprijatelji, nema razloga te je opada, već da bude smatrana među pucima i narodima kao neokaljana i posvema neporočna. I dok sam o tom razmišljao, dopao mi je u ruke rimski pokrajinski sabor, održan za pape Benedikta XIII. kojega riječi i iz dubine srca potpisujem. Evo ga. Rimski sabor održan za blage uspomene pape Benedikta XIII. stavljao je u pogl. III. XVI. naslova na srce ove riječi o životu i poštenju klerika: „Kler slavnoga grada Rima treba da bude zbog mnogo razloga uzor i primjer svima klericima čitavoga kršćanskog svijeta; jer, kako kaže sveti Bernardo knj. 4. o promatranju gl. 2., taj kler trebalo bi da bude najuzorniji, budući da u svakoj crkvi dostojanstvom naročito nadmašuje ostale, tako da se vanjski puk dolazeći u Rim u svakom pogledu vazda naziđuje".

Kad sam to spomenuo, neka mi je dopušteno, da u vezi s time nešto napomenem proti jednome od prečasnih biskupa iz Italije, za kojega ime i biskupiju ne znam: znam ga tek toliko, što je s ovoga mjesta također o katekizmu počeo govoriti. (Franjo Pedicini, nadb. barski, vidi Mansi — Petit t. 50, str. 612 B — 614 A). Taj je čovjek

Benedicto XIII felicis memoriae de vita et honestate clericorum suis verbis commendabat titulo XVI cap. III: „Clerus almae civitatis Romae ob multos rationes sit oportet forma et exemplar omnium totius orbis christiani clericorum; cum ut dicit sanctus Bernardus lib. 4 de consideratione cap. 2, clerum illum ornatissimum esse deceat, qui praecipue in omni ecclesia reliquis dignitate praecedit, ita ut populi externi Romam venientes ex omni parte, maneant semper aedificati."

Dum haec dixi, liceat mihi, eodem idearum nexu insistendo, quaedam nimadvertere contra unum ex reverendissimis episcopis Italiae, cuius nomen et dioecesim ignoro: illum autem in tantum scio, quod hic loci de catechismo etiam loqui incoeperit. (Franciscus Pedicini arhiepiscopus Barensis, cf. Mansi — Petit: Amplissima collectio conciliorum tom. 50, pag. 612 B — 614 A). Laudavit hic vir, et iustis laudibus extulit, et a me etiam approbatur, eminentissimos cardinales, et orationem in favorem cardinalium prolatam; et hac quidem in re me plane consentientem habet, cum etiam ego de cardinalium collegio loquens aperte dixerim collegium hoc cardinalium summis et omni veneratione dignis constare viris. Sed liceat mihi observare eregione illius praesulis qui externarum distinctionum signa clericis vetita esse voluit, quod mihi vel invito incidit, me ab eius zelo apostolico hic expectasse, ut alios etiam et exteriorum colorum et distinctionum titulos perstrinxisset, ne ea quae iuris et institutionis humanae sunt, longe praevaleant iis quae iuris et institutionis sunt divinnae. Quod certe sanctus Joannes Chrysostomus non recensitum non reliquisset in suo aureo libro de sacerdotio, ubi sacerdotes propter ingentem illam potestatem quam in corpus et sanguinem Domini habent, propter ingentem illam potestatem quam exercent in peccatis remittendis et retinendis, non solum regibus et principibus huius saeculi praefert sed ipsis angelis, thronis et dominationibus.

Hic autem vir adiunxit admonitionem, ut caveamus ne iura sanctae sedis invadamus. Concedat mihi idem praesul, ut ei hac in re non consentiam et monitionem hanc superfluam dicam; quia ego in hoc augusto conventu hucusque nec unum verbum audivi, quod rationem habuisset iura sanctae sedis invadendi, pro quibus, credite mihi, si opus fuerit, parati sumus dare: repeto, et ego et omnes semper vitam et sanguinem dare, quia in his iuribus nostra potestas, nos ipsa semper defendemus. Ast caveamus, caveamus ne dum benevolentiam et favorem nostrorum superiorum iusto modo optamus, ne charitatis et iustitiae leges erga fratres violemus. Meminerimus inter praecipua charitatis et venerationis, quam summis viris et talis institutionis debemus officia, primum ac praecipum locum obtinere veritatem: quae veritas sancta intentione prolata nunquam seu personae alicui, seu alicui dignitati nocuit, sed semper profuit. Meminisse semper oportet nos, in primis in cacro hoc oecumenico concilio, cuius nos discipuli simus; illius nimirum qui aliquando dixit: *Non de solo pane vivit homo, sed de omni verbo quod procedit de ore Dei.* Ab illa veritate veritatem panem quotidianum factam esse, quo et singulos mortalium, et omnes auctoritates, et omnes dignitates perpetuo nutriri oportet, si velint vere vivere, vere proficere, de die in diem melius et perfectius transmittere, et si destinationem suam semper et ubique assequi velint.

Venerandi patres, dixi quae dicenda habui, et fors patientiam vestram, ultra quam par est, exercui: verum quidem est. Materia iam

pohvalio, i opravdano pohvalama uzdizao, što mu i ja odobravam, uzorite kardinale i govor rečen u prilog kardinalima; u toj se stvari i ja s njime sasvijem slažem, budući da sam i ja govoreći o kardinalskom zboru otvoreno rekao, da je taj kardinalski zbor sastavljen od ljudi, koji su dostojni najvećeg i svakog poštovanja. Ali neka je slobodno primijetiti o pokrajini toga prelata, koji je htio, da se klericima zabrane znakovi spoljašnjih razlika, što mi je nehotice palo na pamet, da sam ja očekivao od njegove apostolske revnosti, da će se oboriti i na druge naslove spoljašnjih boja i razlika, da ne bi ono što je postalo po ljudskom pravu i uredbi, znatno prevladalo nad onim, što je naređeno po božanstvenom pravu i uredbi. Na ovo se jamačno ne bi propustio osvrnuti sv. Ivan Zlatousti u svojoj zlatnoj knjizi o svećeništvu, gdje zbog one neizmjerne vlasti, što je imadu nad tijelom i krvlju Gospodnjom, zbog one neizmjerne vlasti, što je vrše kod opraštanja i zadržavanja grijeha, ne samo da većma cijeni svećenike, nego li kraljeve i vladare ovoga svijeta, nego i većma od samih anđela, prijestolja i gospodstva.

No taj je čovjek dodao napomenu, da pazimo te ne prisvajamo sebi prava svete stolice. Neka mi dopusti taj prelat, da mu to ne odobravam, i da smatram izlišnom ovu njegovu napomenu, jer ja nijesam dosele čuo u ovom uzvišenom zboru nijedne riječi, koja bi smjerala na to, da se napadaju prava svete stolice; za to, budite uvjereni, ako bi bila potreba, ponavljam, bili bismo spremni i ja i svi vazda predati i svoj život i svoju krv, jer u tim pravima stoji naša vlast, i mi ćemo ih uvijek braniti. Ali pazimo, čuvajmo se, dok se pravednim načinom pokazujemo dobrohotnima i naklonima svojim predpostavljenima, da ne povrijedimo zakone ljubavi i pravednosti prema braći. Sjetimo se, da pripada među naročitim dužnostima, ljubavi i poštovanja, što ih dugujemo prema tako odličnim ljudima i takve uredbe, prvo i posebno mjesto istini: istina izrečena sa svetom nakanom nije nikada škodila niti kojoj osobi niti kojem dostojanstvu, nego je uvijek koristila. Mi treba da se uvijek opominjemo, a napose u ovom svetom općenom saboru, čiji smo mi učenici; nijesmo li učenici onoga, koji je jednom rekao: Ne živi čovjek samo o hljebu, nego i o svakoj riječi, što izlazi iz usta Božjih. Po toj istini treba da istina postane svagdanjim hljebom, kojim treba da se dovijeka hrane i pojedini smrtnici i svi ugledi i sva dostojanstva, ako hoće doista živjeti, doista napredovati, od dana u dan kretati na bolje i savršenije, i ako hoće polučiti vazda i svuda svoje određenje.

Poštovani oci, rekao sam, što sam imao reći, te sam možda i preko mjere napinjao vašu strpljivost, ali je istina. Građa je već malone i sigurno iscrpljena: ali mislim, kad se radi o tumačenju i određivanju božanstvene nauke, kad se radi o savjesti puka i naroda pod uvjetom obveze vječnoga života i smrti, kad se radi o sastavljanju odluka, koje će uvijek važiti, bolje da se kaže više nego manje, bolje da se pogriješi prekoračivanjem nego li pomanjkanjem. Nasljedujmo tridentski sabor, koji je utrošio po čitave sedmice pače i mjesece ne samo za raspravljanje o pojedinim kanonima i dekretima nego i za raspravljanje o izrazima i mislima, te je u težim stvarima slao kanone i dekrete i k istim bolesnima i onima koji su bili na umoru, da budu ukrijepljeni također njihovim sudom i njihovim glasovanjem. Nasljedujmo tridentski sabor tim više, čim više i sami osjećamo, da smo od onoga vremena, otkako smo ovdje sabrani, malo napredovali do savršena čovjeka i punoće dobe Kristove, i da se vrtimo u pogrješnom krugu; nitko ne zna, kako

pene et certe exhausta est: verum existimo, cum agitur de doctrinis divinis explicandis et definiendis, cum agitur de conscientia populorum et gentium sub conditione vitae et mortis aeternae religanda, cum agitur de decretis condendis perpetuo valituris, potius plus dicatur quam minus, potius peccetur per excessum, quam per defectum. Imitemur concilium Tridentinum, quod non tantum in singulis canonibus et decretis, verum etiam in singulis canonum et decretorum phrasibus et sententiis discutiendis integras hebdomadas imo menses insumpsit et in rebus gravioribus ad ipsos infirmos et moribundos canones et decreta transmisit, ut eorum etiam iudicio eorumque suffragio munirentur. Imitemur concilium Tridentinum tanto magis, quanto magis et ipsi in corde nostro sentimus, quod ab eo tempore quo hic sumus, parum profecerimus in virum perfectum et plenitudinem aetatis Christi, et volvimur in circulo vitioso; ex quo quomodo evasuri, et finem sublimem, ad quem tendimus, obtenturi simus, nemo scit.

Hae aedes certe magnificentissimae sunt; ast omnes dicimus: discussionibus habendis non sunt aptae, quia voces immenso hoc spatio diffusae ad aures eorum, qui omnia verba audiendi ius habent, non pertingunt; et multa alia, quae ad liberam discussionem necessaria sunt, elementa desunt.[7]) Desunt imprimis ea, quae ad rem discutiendam, et fraterna cum confidentia concertandam necessaria sunt.[8]) Sine his autem nunquam finem nostrum obtenturi sumus; sed semper, ut hucusque, in incerto et ambiguo tamquam parvuli fluctuabimus. Ego certe in his rerum adiunctis unice spem habeo in Spiritu sancto qui nos dirigit, qui hanc consuetudinem habet non tantum hominum virtutibus, hominum meritis et institutionibus, sed etiam hominum defectibus et infirmitatibus, dico etiam confusionibus uti, ut altiores fines sua providentia obtineat.[9]) Ut ille nobis assistat, ut ille a nobis pericula, quae forte redirent peiora prioribus, avertat, ut ille nos ad plenae libertatis et charitatis diem transferat, hoc ardentissimum cordis mei votum et suffragium est; cui voto et suffragio certe corda venerabilium fratrum consentiunt.

ćemo iz njega izaći, i kako ćemo polučiti uzvišenu svrhu, za kojom težimo.

Ove su zgrade bez sumnje veoma veličanstvene; ali svi kažemo: nijesu podesne za raspravljanje, jer glas raspršen u ovom neizmjernom prostoru ne dopire do ušiju onih, koji imadu pravo da čuju svaku riječ. Pa i mnoge druge stvari, što su nužne za slobodno raspravljanje, ne dostaju. Ne dostaje prije svega ono, što je nužno da se može o stvari raspravljati i s bratskim povjerenjem prepirati se. Bez toga pak ne ćemo nikad polučiti svoje svrhe; nego ćemo se vazda kolebati poput mališa kao dosele u neizvjesnosti i dvojbi. Ja se doista u tim prilikama još jedino uzdam u Duha Svetoga, koji s nama upravlja, i koji običaje da se služi ne samo ljudskim krepostima, ljudskim zaslugama i uredbama, nego i ljudskim manjkavostima i slabostima, da kažem također i metežem, da poluči svojom providnošću uzvišenije ciljeve. Bio on uz nas, odvratio od nas pogibli, koje bi se možda povratile gore od pređašnjih, on neka nas prenese u dan potpune slobode i ljubavi, to je najvruća želja i glas moga srca; s ovom željom i glasom zacijelo se slažu i srca poštovane braće.

Verbalne opaske.

1.) Među ostalim protucrkvenim idejama usvojili su kod nas i starokatolici ovu, da posiju razdor među episkopatom i nižim klerom. Oni se vole pozivati na Strossmayera kao začetnika njihove ideologije, a evo kako Strossmayer na ovom mjestu odlučno osuđuje tu buntovničku pojavu

2.) Konkretna primjena ovih riječi biskupa Strossmayera na današnje prilike bila bi neophodna potreba jake katoličke štampe, koja bi mogla vazda stajati na braniku katoličkih načela protiv brojne bezbožne štampe.

3.) Ne će li se naši liberalci zgražati, kad vide iz ovih riječi, kakav je Strossmayer bio »klerikalac«!? Ali opet vidimo, koliku je važnost Strossmayer polagao u upliv svećenstva na odgoj omladine u vjerskom duhu.

4.) Time je i Strossmayer dao ovom zgodom pobude, da se doskoči jednoj aktuelnoj savremenoj potrebi reforme časoslova, što je doista i izvršeno nekoliko decenija kasnije za pape Pija X. kojega nastojanjem provedena je temeljita reforma časoslova.

5.) Čini nam se, da je ovaj odlomak Strossmayerova govora sasvijem u protimbi s disciplinarnom normom našega starokatoličkoga klera, koji pored svećeničke službe preuzimaju također razne profane službe, što više aktivno sudjeluju i u čisto lukrativnim poslovanjima. Najposlije javno je poznata stvar, da i same objekte čisto religijskoga karaktera degradiraju i zlorabljuju u čisto materijalističke lukrativne svrhe (Starokatoličke ženidbene parnice).

6.) Strossmayer aludira na nemile pojave kod talijanskog svećenstva što se tamo često zapažaju, a sve poradi krivnje nehaja prelata, koji ne skreću dovoljne pažnje na održavanje crkvenih propisa gledom na zaređivanje svećeničkih kandidata i na brigu za njihovu materijalnu oskrbu. Ova je Strosmayerova primjedba nažalost još uvijek aktuelna i opravdana.

7.) Negodovanje zbog nepodesnosti prostorija, koje otegoćuju uspješno saborsko raspravljanje.

8.) Kao da se žali na pomanjkanje međusobnog povjerenja u saborskom raspravljanju, ali je karakteristično,

9.) što je čvrsto uvjeren o asistenciji Duha Svetoga u saborskom djelovanju, koji znade i ljudskim slabostima tako upravljati, da posluže konačno višoj natprirodnoj svrsi, pa prema tome ne sumnja o pitanju juridičke valjanosti vatikanskoga sabora.



O PRERAĐENOM TEKSTU
KONSTITUCIJE
O KATOLIČKOJ NAUCI

Taj je Strossmayerov govor onaj, što je izazvao čuvenu buru i uzrujanost među saborskim ocima, a u svjetskoj štampi pobudio toliku senzaciju, da se o njemu svuda pisalo i na sva usta govorilo. Na račun ovoga govora nastao je i onaj poznati apokrif i falzifikat navodnoga Strossmayerovog govora, koji se kao pamflet rasturivao po Italiji u talijanskom, u Njemačkoj na njemačkom, a kod nas na hrvatskom jeziku. Isti je apokrifni govor kasnije doživio rusko i češko izdanje, a kod nas su ga »starokatolici« ponovno objelodanili u svrhu svoje propagande.

Premda se s kritičkog stajališta bogoslovske znanosti ne saglašavamo u cijelosti sa svim izvodima ovoga Strossmayerovog govora, ipak ako taj Strossmayerov govor, kako nam je zabilježen po stenografskom zapisniku vatikanskoga koncila, usporedno s pomenutim apokrifom, vidimo, da tu ne može biti ni govora o kakvoj sličnosti, a kamo li istovjetnosti. Prije svega očevidno je, da Strossmayer pomno pazi, te se ne bi udaljio od ortodoksnog stajališta nauka katoličke Crkve, a naročito se vidi, kako često ističe svoje priznavanje vrhovnog auktoriteta apostolske rimske stolice i potrebu podržavanja neprekinutog i nepomućenog jedinstva s istom. Naprotiv pak u pomenutom apokrifnom pamfletu nastupao bi Strossmayer ne samo kao buntovnik protiv svete stolice, nego kao očiti heretik koji je zaplovio sasvijem protestantskim vodama.

Prema tome se vidi, kakvim se nekritičkim, da ne kažemo šarlatanskim metodama služe neprijatelji katolicizma, da pred javnošću kleveću ugled crkve i apostolske stolice. Odatle može svatko bjelodano da vidi, u kakvu vrst ljudi pripadaju i starokatolički sektirci kod nas, koji se sakrivaju pod plaštem Strossmayerova ugleda, hoteći oblatiti njegovo poštenje podlo mu podmećući pomenuti apokrif, i tako zavode našu neupućenu javnost.

Sadržaj govora.

Na dnevnom redu je ponovna rasprava o prerađenom tekstu konstitucije »De doctrina catholica«. Strossmayer mimogred prigovara stilu, a zatim prelazi na stvarnu kritiku teksta. Zadržaje se ponovno kod uvodne formule konstitucije, o kojoj je opširno govorio u svom prvom govoru, kako bi trebalo da se ista promijeni. Tada mu je doduše bilo rečeno, da se to ne može mijenjati, međutim sada je ipak provedena promjena u smislu njegova prijedloga tako, te se kaže: »Sendentibus nobiscum et iudicantibus universi orbis episcopis...« No Strossmayer želi, da se još jače istakne aktivno pravo biskupske crkveno-učiteljske službe, i zato predlaže, da se poslije riječi »iudicantibus« još umetne riječ »et definientibus« Svoju tezu potkrijepljuje praksom tridentskoga sabora, a s druge strane obrazlaže, kako su neke bogoslovske škole stale u svojim tumačenjima oslabljivati smisao izraza »iudicare« i ograničivati njegovo značenje samo na odobravanje. Naglašuje, kako time nikako ne kani povrijediti prava apostolske stolice, ali s druge strane smatra svojom dužnošću zauzeti se za biskupska prava, koja su također božanstvenog podrijetla. Spominje slučaj tridentskoga sabora, kako su tadašnji oci budno pazili na svaki izraz, koji bi se mogao shvatiti u takvom smislu, da povrjeđuje biskupska prava.

Nadalje prigovara onom stavku teksta, gdje se na protestantizam svaljuje krivnja da je izvor sviju zala novijih vremena, što više osuđuje se protestanti-

DE TEXTU REFORMATO
CONSTITUTIONIS
DE DOCTRINA CATHOLICA

ORATIO

reverendi patris domini Josephi Georgii Strossmayer, episcopi Bosniensis et Sirmiensis.

Die 22. Martii 1870., in conc. Vatic. habita.
(Mansi — Petit: Ampl. coll. concil. t. 51. pag. 72 B — 77 C)

Eminentissimi praesides, ac eminentissimi et reverendissimi patres.

Paucis me quantum possibile est expediam, quia longiorem esse vetat adversa valetudo et magnum ad usque fastidium, et aliquando longiores orationes quae mihi quidem pro rerum, quae hic tractandae sunt, gravitate aliquando necessariae videntur, propter loci importunitatem vix non superfluae redduntur, cum ab omnibus debite audiri nequeant, cumque earum impressionibus prohibitis vix ullus modus restet eas in communem omnium patrum utilitatem et usum derivandi.

Ea quae ad stylum praesentis schematis attinent silentio premam quamquam ille hinc inde meo saltem iudicio intolerabilis atque ita comparatus sit, ut non tam stylus cogitationibus praecise et presse exprimendis inserviat, quam potius cogitationes, etiamsi contrito collo, stylo accommodentur. Est quidem verum quod dictum hodie nobis fuit, nobis liberum esse styli correctionem suadere: sed res facile dicitur, difficile autem ad effectum deducitur. Nam stylus hic totus textura quaedam est; in texturam autem inserere novum fragmentum semper erit alienum, et oculis peritis semper visibile: et aliquis unus ex concilii patribus ante me loquens de styli corectionibus[1]) apte et abundanter disseruit, et correctiones proposuit.

Venio ad rem ipsam; tres observationes faciam quarum prima spectat ad ultimum proemii fragmentum quod incipit (col. 33 A): „Cum itaque nos". Mea sententia mox ab initio fuit, et acta est, rei de qua agitur naturae, conciliorum antiquorum praxi et consuetudini, et praesentis temporis realibus indigentiis et votis magis convenire, si ea quae communi, etiamsi non aequo, nostrum omnium iure, communi

---

zam uvredljivim izrazima. Strossmayer upozoruje na netočnost ovih izvoda i prigovara što se upotrebljuju tako izazovni i uvredljivi izrazi, jer to može više škoditi stvari nego li koristiti. Spominje poimence i neke zaslužne protestantske muževe, koji su svojim naučnim radom učinili ne male usluge crkvi, kao Leibnitz i Guizot, pobijajući racionalističke zablude.

Na ovom je mjestu govornika prekinuo predsjednik kardinal De Angelis ispravljajući govornika što se ne drži doslovnog smisla teksta, gdje se ne govori o konkretnim osobama, već o stvari kao takvoj.

O PRERAĐENOM TEKSTU
KONSTITUCIJE
O KATOLIČKOJ NAUCI

IV. GOVOR
biskupa Strossmayera na vatikanskom saboru,
održan dne 22. ožujka 1870.

Uzoriti predsjednici, te uzoriti i prečasni oci.

Koliko je moguće, bit ću kratak, jer da budem duži, zabranjuje mi i nepovoljno zdravlje, i dosada velika odvratnost, a ponešto i to, što duži govori, ma da bi se gledom na važnost stvari katkada činilo da su potrebni, jedva da ne postaju zbog nezgodnosti mjesta izlišnima, jer ih ne mogu svi čuti kako treba, i budući da su zabranjeni dojmovi o njima, jedva da preostaje koji način, kako da se svi oci zajednički s njima okoriste i uporabe ih.

Što se tiče stila ovoga teksta, prešutjet ću, premda je taj tu i tamo po mom barem sudu nesnosan i tako udešen, da ne služi stil u svrhu točnog i zbitog izražavanja misli, nego većma da se misli, pa makar i skrhanim vratom, prilagode stilu. Istina, da nam je danas rečeno, te nam je slobodno svjetovati da se stil ispravi: no lako je to reći, ali teško izvršiti. Čitav naime ovaj stil, kao da je kakva tkanina; ako se pak u tkaninu umetne novi odlomak, uvijek će to biti strano, i vješto će oko to uvijek zapažati; uostalom, jedan od saborskih otaca, koji je prije mene govorio o ispravcima u stilu, zgodno je i opširno raspravljao, te je predložio i ispravke.

Dolazim na samu stvar; primijetit ću tri stvari; prva se od tih tiče posljednjega odlomka uvoda, koji počinje riječima: „Budući dakle mi...” Moje je mišljenje još od početka bilo, a i sada tako mislim, da više odgovara prirodi stvari o kojoj se radi, da više odgovara praksi i običaju drevnih sabora, a i sadašnjim stvarnim potrebama i željama, ako se ono, što se sastavlja zajedničkim, ako i ne jednakim, ali ipak pravom sviju nas, te zajedničkim svjetovanjem i trudom, da se također nagovara i objelodanjuje zajedničkim imenom. Odgovorilo mi se doduše, da je naslov kanona i dekreta tako ustaljen neoborivim ugle-

---

Strossmayer je ipak nastavio da u istom smislu dalje govori, a na to su uslijedili znaci negodovanja, tako te je predsjednik kard. Capalti ustao i opomenuo govornika, da se drži teksta i ne udaljuje se raspravom u digresije. Budući da je Strossmayer sveudilj nastavljao da u istom smislu proslijedi, učestalo je sve više prekidanje sa strane predsjednika i upadice od strane prisutnih otaca. Najposlije htio je još da govori o aplikaciji pravila Vincencija Lirinskog o jednodušnom suglasju. No kako je buka bivala sve žešća, nije mogao dalje da govori, već je prosvjedujući proti prekidanju i raznim poklicima negodovanja sišao s govornice.

consilio et opere conficiuntur, communi quoque nomine compellentur et publicentur. Responsum mihi quidem fuit, irreffragibili auctoritate titulum canonum et decretorum ita esse stabilitum, ut is amplius alterari omnino nequeat. Res quidem mihi nova, et in oecumenicis conciliis hucusque inaudita visa est.[2]) Venerandae deputationi, quae huic schemati corrigendo insudavit, ego tenerrimas gratias ago, quod in rem, ut ita dicam, inalterabilem, tamen aliquam alterationem et commutationem in melius admiserit, dicendo nempe: „Sedentibus nobiscum et iudicentibus universi orbis episcopis in hanc oecumenicam synodum auctoritate nostra in Spiritu sancto congregatis". Ego vestigiis deputationis insistendo, et exemplum gravissimorum et eruditorum virorum imitando, brevem adhuc immutationem, seu, ut rectius dicam, unius tantum vocis adiectionem suadebo et quidem eum in finem, ut divina episcoporum iura pressius ac praecisius exprimantur. Quod suadeo, sequens est; dicatur nempe: *Sedentibus nobiscum ac iudicantibus et definientibus de fide universi orbis episcopis*; aut si praeplacuerit: *Sedentibus nobiscum ad iudicandum et definiendum de fide universi orbis episcopis.* Unius huius vocis additionem ex sequentibus rationibus suadeo: 1. quia in oecumenicis conciliis haec a me commendata formula fuit usitata, et quidem in iis etiam oecumenicis conciliis, in quibus dogmaticae epistolae et constitutiones examinabantur et diiudicabantur: et episcopi in hisce talibus conciliis ad ius suum divinum extra omnem dubitationem ponendum ita subscribere consueverunt: „Judicans et definiens subscripsi" aut vero „definiens subscripsi."

2. Notum est quod concilium Tridentinum, cuius ego cuperem ut vestigiis semper et in omnibus insistamus, concilium Tridentinum non tantum illam vere divinam et, iuxta meam saltem persuasionem, omni imitatione dignam, omnibus suis canonibus et decretis ex apostolorum concilio mutuatam formam adhibuit: „Sacrosancta Tridentina synodus in Spiritu sancto congregata"; sed, ut quilibet semet convincere potest, in fine huius concilii omnes episcopi, fere nullo excepto, subscripiserunt: „Definiens subcripsi".

3. Cur ego hanc vocis additionem suadeam, haec ratio est; quia ut omnibus nobis constat, recentissimo tempore in controversiis suscitatis certi scholae theologi sensum vocis huius *iudicare*, dum de episcopis in conciliis agitur, adeo enervarunt, adeo extenuarunt, ut omnem iuridicum significatum et valorem eidem eriperent, atque tantum ad solam facultatem approbandi reducerent. Ut itaque divina episcoporum iura salva et inviolabilia sint, formulam „iudicantibus" per additionem vocis *definientibus* definitam et praecisam esse volo.

Eminentissimi ac reverendissimi patres, omnes aequo modo convicti sumus, ad praecipua divinae pietatis et misericordiae opera pertinere divinum in ecclesia primatum: omnes aequo modo convicti sumus et parati sumus illam sancti Cypriani in libro *de unitate ecclesiae* quoad primatum divinam sententiam, si opus est,[3]) sanguine nostro subsignare. Omnes nos parati sumus divinam hancce auctoritatem et eius iura fusis praeconiis si opus sit celebrare et praedicare, quemadmodum eamdem recentissimis temporibus magis quam aliis nostra publica agendi ratione et praedicavimus et professi sumus. Sed etiam episcoporum iura divina sunt: non sunt nostra proprietas. A Deo illa accepimus, ut iis in concilii et in ecclesiae utilitatem et decus utamur

dom, da se uopće više ne može promijeniti. To mi se doduše činila dosada u općenim saborima nečuvena novost. Ja najusrdnije zahvaljujem poštovanom odboru, koji se trudio, da ovaj tekst ispravi, što je ipak dopustio te se u stvar, da tako reknem nepromjenljivu, unese neka izmjena i promjena na bolje, kad se naime kaže: „Dok s nama zasjedaju i prosuđuju biskupi čitavoga svijeta, koji su se našim ugledom sakupili u Duhu Svetom u ovaj općeniti sabor." Ja bih još idući stopama odbora i nasljedujući primjer veoma znatnih i učenih ljudi svjetovao još kratku promjenu, ili bolje reći, samo dodatak jedne riječi, i to u tu svrhu, da se božanstvena prava biskupa jače i točnije izraze. Što predlažem jest slijedeće; neka se naime kaže: „Dok s nama zasjedaju, te prosuđuju i *zaključuju o vjeri* biskupi čitavoga svijeta" ; ili ako je po volji: „Dok s nama zasjedaju biskupi čitavog svijeta *da prosuđuju i zaključuju o vjeri*".

Dodatak ove jedne riječi predlažem na osnovi ovih razloga:

1. jer se na općenitim crkvenim saborima upotrebljavao ovaj obrazac, što ga ja predlažem, i to također u onim općenitim saborima, na kojima su se ispitivale i rasuđivale dogmatičke poslanice i odredbe: biskupi su pak u takvim saborima, da svoje božanstveno pravo isključe od svake sumnje obično ovako se potpisivali: „Rasuđujući i zaključujući potpisah" ili pak: „zaključujući potpisah".

ratione temperatam esse, ut in eadem consultum sit non tantum recto ordini et rectae subiectioni, non tantum perpetuae usque ad finem mundi durationi, non tantum sanctae et indivisae unitati, verum etiam modestae libertati, et specialibus ecclesiarum singularium et episcoporum iuribus; ita ut in ecclesia Dei, mea saltem sententia, omnino illud exclusum habeatur, quod absolutum aut esse aut dici possit. Scripsit sanctus Cyprianus in hocce libro gravissimis utique sententiis et verbis, uti par est; loquitur de divino in ecclesia primatu, loquitur de necessitate perpetuae cum sancta sede communionis, loquitur ut par est de cathedra unitatis, adductis classicis Matth. XVI. et Jo. XXI. verbis, e quibus hodie tanta cum certitudine et securitate quidam personalem et absolutam pontificis infallibilitatem deducunt, cui quidem ego saltem subscribere non possum;[3]) quanquam ex toto animo et ex corde subscribam iis, quae sanctus Cyprianus in libris *de unitate ecclesiae* inde deducit, quae singulus catholicus credere, docere, tenere et si opus sit, sanguine suo obsignare debet. Sed sanctus Cyprianus in eodem textu et contextu dum praeclarissima haec de Petri primatu loquitur, loquitur una de iuribus et apostolorum et episcoporum, dicens iterato: „Hoc erant utique et caeteri apostoli quod fuit Petrus, pari consortio praediti et honoris et potestatis" (Lib. De unitate ecclesiae cap. II.); et alias relate ad supremum pascendi munus docet, non solum Petrum sed omnes apostolos pariter esse pastores et totam per orbem ecclesiam unum gregem, ut unanimi omnium apostolorum consensione pascatur.

Neque dicatur, ut mea saltem sententia minus recte hoc loco dictum est, hoc solum de apostolis praedicari, quasi episcopi non essent veri apostolorum successores, quasi non essent haeredes totius illius dignitatis, et auctoritatis quae apostolis propria erat, ut summus pontifex est verus successor beati Petri et verus haeres plenitudinis eius potestatis quae sancto Petro propria erat. Ideo sanctus Cyprianus continenter loquitur etiam de episcopis et dicit, episcopatum in toto terrarum orbe unum atque indivisum esse, cuius a singulis in solidum pars tenetur (verba *cuius — tenetur* bis habentur in ed. Vatic., eo forte quod orator bis illa recitaverit). Quae quidem sententia et doctrina sancti Cypriani docet ne illud, quod itidem hoc loco dictum est minus recte, quasi iurisdictio episcoporum ita ad limites dioecesis eorum restricta esset, ut nullo modo in reliquam ecclesiam pateat? Meo quidem iudicio, praeter hanc iurisdictionem insitum est vi characteris et ordinis episcopalis virtuale quoddam in reliquam ecclesiam ius.[4])

Quod virtuale ius quidam viri sancti, viri graves, viri ad singularia in ecclesia Dei complenda per Deum vocati, in commune ecclesiae emolumentum iterum iterumque exercuerunt. Ita sanctus Cyprianus, de quo Gregorius Nyssenus dicit, eius auctoritatem, eius influxum summum fuisse non tantum in celebri africana ecclesia, sed per totum occidentem. Ita sanctus Basilius, de quo Gregorius Nazianzenus dicit, quod non contentus fuerit labores suos et vigilantiam suam solum suis tribuere, sed ad totam ecclesiam extenderit, cordis et animi sui oculos extendens quaquaversus ubi Christus virtutis et gratiae suae lumen effudit. (Cf. orationem episcopi Aurelianensis, t. 50. coll. 433 A). Et notum est sanctum Joannem Chrysostomum gravissimo modo monere episcopos, ut charitatem et vigilantiam suam non restringent ad propriae suae diocesis limites, quia ut sanctus vir dicit, quemadmodum

nazivati. Sveti Ciprijan napisao je dašto u ovoj knjizi veoma znatne zasade i riječi, kako i treba; govori o božanstvenom prvenstvu u crkvi, govori o potrebi neprestanog zajedništva sa svetom stolicom, govori kako i treba o prijestolu jedinstva navodeći klasične riječi Mat. 16, i Iv. 21, na osnovi kojih izvode danas nekoji s tolikom izvjesnošću i sigurnošću osobnu i apsolutnu papinsku nezabludivost, što je ipak barem ja ne mogu potpisati; premda bih svom dušom i srcem potpisao ono, što odatle izvodi sveti Ciprijan u knjizi *o crkvenom jedinstvu*, i što mora da pojedini katolik vjeruje, uči i drži, pa ako treba, da i svojom krvlju zapečati. Ali sveti Ciprijan, dok na istom mjestu i slijedu misli govori ove predivne riječi o Petrovu prvenstvu, govori ujedno o pravima i apostola i biskupa, veleći ponovno: „Dakako, da su i ostali apostoli bili ovo što je bio Petar, t. j. obdareni jednakim udioništvovanjem časti i vlasti"; na drugom pak mjestu uči s obzirom na vrhovnu pastirsku službu, da nije samo Petar pastir, nego da su i svi apostoli jednako pastiri, i da je svakolika crkva po svijetu jedno stado, da ga pase jednodušno suglasje svih apostola.

Neka se dakle ne kaže, kaošto je barem po mom mišljenju ne baš ispravno bilo rečeno s ovoga mjesta, da se to samo veli o apostolima, kao da biskupi ne bi bili pravi nasljednici apostola, kao da ne bi bili baštinici svekolikoga onog dostojanstva i ugleda, što su ga imali apostoli, kaošto je vrhovni svećenik pravi nasljednik sv. Petra i pravi baštinik punine one vlasti, što ju je imao sveti Petar. Zato i govori sveti Ciprijan zajedno i o biskupima, te veli, da je na čitavom svijetu jedan i nerazdijeljeni episkopat, na kojem pojedinci u cijelosti udioništvuju. Ovo pak mišljenje i nauk svetoga Ciprijana zar uči isto, o čemu se također na ovom mjestu ne baš ispravno kazalo, kao da je sudačka vlast biskupa tako skučena na međe njihovih biskupija, te se nikako ne bi pružala i diljem ostale crkve? Po mom mišljenju, pored ove sudačke vlasti usađeno im je po značenju i biskupskom redu također virtualno neko pravo na ostalu crkvu.

Ovo su virtualno pravo neki sveti muževi, ozbiljni muževi, ljudi od Boga pozvani da izvrše u crkvi naročitu zadaću, vršili ponovno i ponovno na zajedničku korist crkve. Tako sveti Ciprijan, o kojem veli sveti Grgur Niški, da je imao veoma veliki ugled i upliv ne samo u znamenitoj afričkoj crkvi već i po čitavom zapadu. Tako sveti Bazilije, o kojem kaže sveti Grgur Nazijanški, da se nije zadovoljio tek time, da se brine samo za svoje i bdije samo nad svojima, već je svoju brigu i budnost proširio nad čitavu crkvu, šireći poglede svoga srca i duše na sve strane, gdjegod je Krist izlio svijetlo svoje kreposti i milosti. Poznato je i to, kako sveti Ivan Zlatousti veoma ozbiljno opominje biskupe, da ne ograđuju svoje ljubavi i budnosti tek međama svoje biskupije, jer kako kaže taj sveti čovjek, kaošto je dužnost biskupa, da moli ne samo za svoju crkvu, nego i za cjelokupnu crkvu, tako treba da se proteže i njegova budnost i briga na sve strane, gdjegod se u Krista vjeruje i gdje se nalazi njegova crkva. Pa i sam papa Celestin u svojoj poslanici efeškim ocima njih opominje, da je svima apostolima zajedno rečeno: Idite i naučavajte sve narode; te dodaje: Podnosimo dakle svi napore onih, koje smo svi naslijedili u časti."

Ali što je sveti Ciprijan mislio o stvari, o kojoj sam ja govorio, vidi se iz njegova djelovanja ili iz one veoma znamenite i poznate

est officium episcopi orare non tantum pro sua ecclesia, verum etiam pro universa ecclesia, ita et vigilantiam suam et curam extendere debet quaquaversus ubi in Christo creditur et ubi adest Christi ecclesia. Et ipse summus pontifex Caelestinus in epistola ad patres Ephesinos monet ipsos, ad omnes in communi apostolos dictum esse: *Euntes docete omnes gentes*; et subiungit: „Subeamus igitur omnes eorum labores, quibus omnes successimus in honore" (Ep. XVIII, apud Coustant; Mansi IV. 1283 E).

Sed quae fuerit sancti Cypriani, quoad ea quae dixi, mens, apparet ex eius agendi ratione seu ex celeberrima illa et notissima controversia de rebaptizandis haereticis, quae inter illum et sanctum Stephanum summum pontificem agitata est; quae quoniam triennio accidit post librum scriptum, vivus quodammodo, in quibusdam saltem, huius libri commentarius dici potest. Ego hanc controversiam non tantum ideo affero, quod obiectum de quo tractamus, illustret; sed praecipue ideo quia haec controversia sanctae sedi apostolicae gloriae est et honori, quia ex hac controversia discemus etiam hac vice traditionem divinam in sua integritate et puritate in sancta sede apostolica servatam; quia ex eo hoc sequitur, quantopere periculosum sit oraculis sanctae sedis etiam tunc contraire, cum forsan ius ita admittere aut, conscientia urgere videatur; quia haec controversia docet quam difficile, immo vero quam moraliter fere impossibile sit, ut in magno contentionis aestu etiam vir sanctus inter debitos iuris et modestiae limites esse contineat. Nam sanctum Cyprianum limites hos excessisse, quisquis epistolas eius legerit, agnoscere certe debet; et ideo sanctus Augustinus recte dixit virum hunc et sanctum egregium suum excessum martyrio abolere debuisse. Verum, reverendissimi patres, si haec verissima sunt, ut certe sunt; illud non minus verum est, quicumque controversiae huius seriem novit, quod saeculo ad minus tertio saltem nihil scitum fuerit de personali et apsoluta Romanorum pontificum infallibilitate; nam secus concipi non posset, quomodo sanctus Cyprianus cum toto concilio Africano, quomodo sanctus Firmilianus cum tota Cappadocia et Cilicia, sancto Stephano veritatem docenti et solemniter praedicanti et definienti *nihil innovetur*, quomodo inquam contraire possent ?[5])

Neque dicatur, quod hic loci dictum audivi, quasi non actum fuisset de re gravi et de re fidei. Mea sententia equidem de re gravissima et de re fidei actum est; de re gravissima et de re fidei, cui controversiae s. Cyprianus infausto modo libro suo de unitate ecclesiae prolusit. Et hic mihi incidit idea per quemdam excellentissimum episcopum hic loci expressa, qui dicit in unitate urgenda nullum committi posse excessum. Meo autem iudicio commiti potest omni re excessus, etiam in re sanctissima et gravissima, cum eo saltem discrimine quod excessus in re gravi eo funestior et in fructibus suis tristior sit; quod sanctus Cyprianus suo proprio experimento didicit, dum in libro de unitate ecclesiae adeo unitatem urget, ut dicat in ecclesia sola catholica baptismum haberi posse, in ecclesia tantum catholica filios Christo generari posse, in ecclesia tantum catholica Spiritum sanctum habere et charismatum eiusdem dona distribui posse; dum extra unitatem ecclesiae non adest Spiritus sanctus, non dona illius, neque Christo filii generantur, sed generantur filii Belial.

prepirke o ponovnom krštavanju krivovjeraca, što se vodila između njega i svetoga Stjepana pape; budući pak da se ova zbila tri godine poslije, kako je napisana ona knjiga, može se reći barem u nekim stvarima, da je ta prepirka kao živi tumač te knjige. Ja tu prepirku navodim ne samo zato, da osvijetli stvar o kojoj raspravljamo; već naročito zato, jer je ta prepirka služila na slavu i čast svetoj apostolskoj stolici; ova će nas naime prepirka poučiti, da se i tom zgodom sačuvala božanstvena predaja u svojoj cjelovitosti i čistoći kod svete apostolske stolice; odatle pak slijedi to, kako je pogubno protiviti se izjavama svete stolice i onda, kad se čini, da to možda dopušta pravo, ili da nas na to nuka savijest; ova nas naime prepirka uči, kako je teško, što više, kako je moralno gotovo nemoguće, da se u velikoj uzrujanosti prepiranja i svet čovjek uzdrži u potrebnim granicama prava i umjerenosti. Svatko pak tkogod pročita poslanice svetog Ciprijana, morat će zacijelo priznati, da je on prekoračio te granice; pa za to je pravo rekao sveti Augustin, da je ovaj čovjek i odlični svetac morao svoje prekoračenje okajati mučeništvom. Doista, prečasni oci, ako je to sasvijem istinito, kako za cijelo i jest; nije manje istinito ni to, tkogod poznaje tok ove prepirke, da se najmanje u trećem vijeku nije ništa znalo o osobnoj i apsolutnoj nezabludivosti Rimskih biskupa; inače se naime ne može shvatiti, kako bi se mogao sveti Ciprijan s čitavim afričkim saborom, ili kako bi se mogao sveti Firmilijan s čitavim Kapadocijom i Cilicijom, kako bi se, rekoh, mogli usprotiviti svetom Stjepanu, kad je naučavao, te svečano propovijedao i tumačio istinu: neka se ništa novo ne uvodi.?

Neka se ne veli, što sam na ovom mjestu čuo reći, da se tu nije radilo o važnoj stvari i o stvari vjere. Po mom mišljenju svakako se radilo o vrlo važnoj stvari i o stvari vjere; radilo se o vrlo važnoj stvari i o stvari vjere a tu je prepirku započeo sveti Ciprijan u kobni čas svojom knjigom o crkvenom jedinstvu. I ovdje mi pada na pamet misao, što ju je izrazio na ovom mjestu jedan preuzvišeni biskup, koji kaže, kad se nastoji oko jedinstva, da se ne može počiniti nikakva pretjeranost. Po mom se pak mišljenju može u svakoj stvari pretjerivati, pa i u najsvetijoj i najznatnijoj, ali s tom razlikom, što je pretjerivanje u znatnoj stvari tim kobnije, i s obzirom na svoje posljedice tim žalosnije; to je sveti Ciprijan naučio na svom vlastitom iskustvu, kad je u svojoj knjizi o crkvenom jedinstvu tako naglašivao jedinstvo, te je ustvrdio, da samo u katoličkoj crkvi može postojati krštenje, da se samo u katoličkoj crkvi mogu rađati sinovi Kristu, da se samo u katoličkoj crkvi nalazi Duh Sveti, i mogu se dijeliti njegovi darovi; dok izvan jedinstva crkve nema Duha Svetoga, nema njegovih darova, niti da se rađaju djeca Kristu, nego da se rađaju djeca Belijalova. Svakako se dakle radilo o vrlo znatnoj stvari, o stvari koja se tiče vjere; radilo se o vrlo znatnoj stvari, koja je uznemirila veoma slavnu crkvu onoga vremena, afričku, azijsku i italsku; radilo se o veoma važnoj stvari, jer je sveti Stjepan Azijcima bilo zaprijetio izopćenjem, bilo da ih je i izopćio, kako to svjedoči veliki Dionizije Aleksandrijski kod Euzebija. Radilo se o vrlo važnoj stvari, jer je Stjepan najsvečanije izjavio: *neka se ne uvodi ništa novo*; uostalom i one riječi svetog Augustina, što su ovdje navedene za potvrdu ove stvari, po mom su sudu istinite, te potvrđuju moje mišljenje. Jer sveti Augustin, kad ispričava svetog Ciprijana, kaže ovo, da u ono vrijeme još nije pitanje bilo dovoljno

Igitur agebatur de re gravissima, de re ad fidem spectante; agebatur de re gravissima, quae illustrissimam illius temporis ecclesiam africanam, asianam et italicam commovit; agebatur de re gravissima, quia sanctus Stephanus Asianis aut excommunicationis sententiam minatus est aut eam edixit, quemadmodum Dionysius magnus Alexandrinus apud Eusebium testatur. Agebatur de re gravissima, quia sanctus Stephanus solemnissime definivit *nihil innovetur*; et alioquin illud, quod de sancto Augustino hic loci in eandem rem allatum est, meo iudicio verum est, et sententiam meam confirmat. Nam sanctus Augustinus excusans sanctum Cyprianum, hoc dicit, non fuisse eo tempore adhuc quaestionem sufficienter discussam vel exhaustam;[6]) non fuisse tunc temporis rem concilii plenarii auctoritate, cui ipse Cyprianus cessisset, definitam (De baptismo, lib. II. cap. II.). Igitur hoc ecclesiae non solum africanae, verum totius ecclesiae lumen, nihil suo tempore esse vidit de absoluta et personali Romanorum pontificum infallibilitate,[7]) verum de infallibilitate pontificis cum reliquo ecclesiae corpore in intimo et indivulso nexu constituti.

Liceat mihi hac occasione aliquid dicere reverendissimo Hierosolymitarum patriarchae, qui nudius tertius eloquentissime disseruit de parallelismo, qui iuxta eum intercederet inter dictum gallicanismum et inter priscum monothelismum: dicam sententiam meam modeste et humiliter, quia impar ei sum omni sub respectu. Ea quae dicta sunt a reverendissimo et praeclaro antistite mihi videbantur ingeniosius magis, quam verius dicta: et certe insignia antistes de quaestionibus omnibus et de quaestione hac quam tractamus, multo magis iuxta meam saltem sententiam meruisset, si insignes sui ingenii vires exercuisset in hoc gravissimo sancti Cypriani facto expendendo et ad principia sua varie applicando.[8])

Sed mea saltem sententia hoc facilius erat. Facilius est enim orientem cum occidente tot saeculorum tractibus a se discerptis inter se comparare, quia hac in re, venia sit verbo, magis abundare possumus ingenio nostro, nisi velimus dicere arbitrio nostro. Quid autem ex huiusmodi comparatione lucrari possit, ego saltem non video. Quin immo video eiusmodi argumentationibus et comparationibus iniurias multas, invito certe praeclarissimo antistite, cumulari; iniuriae erga fratres eadem sancta intentione, qua ille est, animatos, qui sub vago et indefinito gallicanismi nomine cum priscis haeresiarchis comparantur; iniuriae clarissimae et illustrissimae iuxta sententiam meam ecclesiae Galliarum, quae ultimis hisce temporibus ex acerbissima persecutione, gratia Dei et propriae suae virtutis vi, victrix evasit, et mundo sanctissimos martyres, confessores et missionarios dedit;[9]) iniuriae eruditissimis et de ecclesia Dei meritissimis episcopis, ut Bossueto et aliis, qui si nudius tertius ex tumulo resurrexissent et in medio nostrum se sistere potuissent, certe obstupuissent, si pro tantis ecclesiae bonis eo tandem pervenissent, ut coram toto concilio cum priscis haeresiarchis, Sergio, Pyrrho etc. comparentur. Gravissima iniuria hac comparatione, quod maxime dolendum est, nostro sancto fini et nostrae intentioni infertur, quae eo tendere debet, ut pax inter nos, ut tranquilitas, reconciliatio effectum habeat; quae hac quidem comparatione, meo quidem iudicio, numquam effectuabitur.

Illud mihi in sermone eius maxime serium et omni omnino attentione dignum visum est, quod dixit de plenitudine potestatis. Sed

raspravljeno i iscrpeno; da u ono vrijeme još nije stvar bila opredijeljena ugledom općenoga sabora, pred kojim bi sam Ciprijan bio popustio. Ovaj dakle svjetionik ne samo afričke crkve, nego i čitave crkve, nije u svoje vrijeme ništa znao o apsolutnoj i osobnoj nezabludivosti rimskih biskupa, već o nezabludivosti pape kad je u najužoj i nerazrješivoj vezi s ostalim tijelom crkve.

Neka mi bude dopušteno da ovom zgodom nešto kažem prečasnom jerusalemskom patrijarhi, koji je prekjučer veoma rječito raspravljao o paralelizmu, što po njegovu mišljenju postoji među takozvanim galikanizmom i među davnim monoteletstvom: reći ću skromno i ponizno svoje mišljenje, jer mu nijesam ni u kojem pogledu dorastao. Ono što je rekao prečasni i veoma odlični prelat meni se pričinjalo, da je više duhovito, nego li istinito rečeno: i zacijelo bi ugledni prelat po mom mišljenju u svim pitanjima pa i o pitanju što ga ovdje raspravljamo postao mnogo zaslužniji, da je svoje odlične umne sposobnosti upotrijebio na razmišljanje o ovoj veoma znatnoj činjenici svetog Ciprijana i na primjenjivanje prema svojim načelima.

No po mojem barem mišljenju ovo je bilo mnogo lakše. Lakše je naime međusobno uspoređivati istok sa zapadom, što su jedan od drugoga rastavljeni razmacima tolikih vijekova, jer u toj stvari, s oproštenjem govoreći, možemo se većma isticati svojom duhovitošću, da ne kažemo svojom samovoljom. No kakva korist može da bude od ovakva uspoređivanja, ja barem ne vidim. Štoviše, vidim da se ovakvim dokazivanjem i uspoređivanjem nagomilavaju mnoge nepravde, što ih jamačno odlični prelat ne namjerava, to su nepravde naprama braći, što su zadahnuta jednako svetom nakanom, kao i on, a ovamo se pod nestalnim i neodređenim nazivom galikanizma uspoređuju s davnim hereticima; to su nepravde po mom mišljenju učinjene veoma odličnoj i veoma uglednoj francuskoj crkvi, što je izašla hvala Bogu i snazi vlastite kreposti, kao pobjednica u ova posljednja vremena iz najžešćeg progonstva, te dala svijetu veoma svetih mučenika, ispovijedalaca i misijonara; čine se nepravde i veoma zaslužnim biskupima za crkvu Božju, kao Bossuet-u i drugima, i da su oni prekjučer bili uskrsnuli iz groba i mogli da stanu u našu sredinu, zacijelo bi se snebivali, što su za tolika dobra učinjena crkvi prispjeli napokon dotle, da ih se pred čitavim saborom poređuje s davnim vođama krivovjerstva, kao sa Sergijem Pirrhom i drugima. Nanosi se ovom poredbom, što valja najviše žaliti, i veoma teška nepravda svetoj svrsi i našoj nakani, što treba da nastoji oko toga, te među nama vlada mir, pokoj i pomirljivost; to se pak ovakvom poredbom, barem po mom sudu nikada ne će polučiti.

U njegovu govoru još mi se činilo da je najozbiljnije i svakako vrijedno svake pažnje ono, što je rekao o punini vlasti. Ali neka mi oprosti i on i drugi oci: ne radi se ovdje o općim i neodređenim riječima kojima bi mogli pojedinci između nas većom ili manjom domišljatošću podmetnuti svoj vlastiti smisao. Naprotiv, među nama se raspravlja o pozitivnoj stvari, među nama se raspravlja o uređenju crkve Božje, kako je ona proizašla iz ruku vječnoga zaručnika Gospoda našega Isusa Krista; za ovu pak stvar ne vrijede drugi dokazi, već samo dokazi uzeti iz poklada božanstvene predaje; samo nas ovi dokazi mogu uvjeriti i mi se dragovoljno od njih damo uvjeriti.

ignoscat mihi et ille et alii patres: non agitur, inter nos de vocabulis generalibus et vagis, quibus singulus nostrum maiori vel minori ratiocinationis artificio suos proprios sensus substituere potest. Verum agitur inter nos de re positiva, agitur inter nos de positiva ecclesiae Dei constitutione, prout ea ex manibus aeterni sponsi Domini nostri Jesu Christi prodivit; et in hanc rem non alia argumenta valent, quam argumenta ex divinae traditionis penu deprompta: his nonnisi argumentis vinci possumus et libenter vincemur.

Imparia enim sunt ea alia quae adducuntur ex rebus, quae tamquam certae et indubitatae proponuntur; dum earum certitudo et veritas primum probari et demonstrari debet. Nos utique aeque plenitudinem potestatis beato Petro et eius successoribus attribuimus, et utique notum est de hac re in concilio Tridentino disputatum fuisse. Verum hanc plenitudinem potestatis inter caetera summus pontifex exercet pluribus occasionibus; excercet solemnissime convocando concilia generalia, exercet eis praesidendo, exercet decreta et canones confirmando, et illis hac ratione divinum et irrefragabilem characterem indendo. Sed ea quae in schemate nostro, seu in expositione schematis nostri continentur folio, ni fallor, 32, 33, 34 de conciliis generalibus, summopere iuxta meam sententiam afficiunt indolem et naturam conciliorum generalium; et hoc est secundum constitutivum elementum quod considerabo.

Summa est, reverendissimi patres, conciliorum generalium utilitas, summa quandoque et ineluctabilis necessitas. Spiritus ecclesiae, meo iudicio, spiritus pacis et concordiae est, pro quo Dominus noster Jesus Christus ultimis vitae suae momentis tam effuso modo Patrem suum aeternum deprecatus est. Spiritus ecclesiae spiritus consilii et fraternae consensionis est, cuius nobis exemplum apostoli Hierosolymis reliquerunt; spiritus ordinis et debitae subiectionis est, sed una etiam spiritus sanctae libertatis est, eius libertatis qua sanctum Paulum usum fuisse cernimus, dum Petrum reprehendit; quod uti Paulo ita etiam magis Petro gloriae fuit, qui scivit humilitate hanc reprehensionem tolerare.

Dum in conciliis generalibus episcopi ex toto terrarum orbe catholico circa caput suum congregati in unum consultant de gloria Dei promovenda et salute animarum; mihi quidem hoc spectaculo nihil divinius, nihil maius in ecclesia Dei excogitari posse videtur. Ideo, reverendissimi patres, Hierosolymis mox sub initio ecclesiae apostoli concilium celebrant, daturi exemplum posteris quod ecclesia omne in aevum imitetur; ideo sanctus Gregorius Magnus quatuor sui temporis concilia evangeliorum libris comparat; ideo Durandus in concilio Viennensi summus theologus et canonista, interrogatus quodnam esset remedium malis obviandis societatis christianae eo temporis, respondit, nullum aliud nisi frequentem conciliorum generalium celebrationem; ideo concilium Constantiense non tantum laudat fuse concilia generalia et eorum fructus ad caelum extollit, sed etiam legem tulit de decennali conciliarum celebratione. Quae quidem lex dolendum est quod observari non potuerit; nam meo saltem iudicio et mea convictione, multis malis hoc modo obviatum fuisset, et fors etiam fatali saeculi XVI reformationi. Unde est quod ipse Pius IV pontifex, spiritu Caroli Boromaei animatus, cunctatus non fuerit per legatos suos declarare,

Nije dovoljno ni ono drugo, što se navodi od stvari, koje se predlažu kao izvjesne i nesumnjive; dok njihova izvjesnost i istinitost treba da se istom dokaže i utvrdi. Mi dakako isto tako priznajemo blaženom Petru i njegovim nasljednicima puninu vlasti, i kako je poznato, raspravljalo se o toj stvari također i na tridentskom saboru. I doista ovu punim vlasti među ostalim vrši vrhovni svećenik u mnogim zgodama; vrši je najsvečanije kad saziva općenite sabore, vrši je, kad im predsjeda, vrši je kad potvrđuje zaključke i kanone, i kad im ovako daje božanstveni i neoporecivi značaj. Ali ono, što je sadržano u našem tekstu, odnosno u razlaganju našega teksta, ako se ne varam na 32, 33, 34 listu o općenitim saborima, po mom mišljenju uvelike povrjeđuje svojstvo i prirodu općenitih sabora; i ovo je drugi sastavni dio, o kom ću razmatrati.

Prečasni oci, veoma je velika korist općenitih sabora, a katkada i veoma velika i neizbježiva potreba. Duh crkve, po mom sudu, jeste duh mira i sloge, za kojega je Gospod naš Isus Krist u posljednjim trenucima svoga života tako usrdno molio svoga vječnoga Oca. Duh crkve jeste duh savjeta i bratskog suglasja, kojega nam uzor ostaviše apostoli u Jerusalemu, to je duh reda i dužne pokornosti, ali ujedno i duh svete slobode, i to one slobode, kojom vidimo da se poslužio sveti Pavao, kad je ukorio Petra; to je pak bilo kaošto Pavlu tako još više i Petru na diku, jer je znao ponizno podnijeti ovaj prijekor.

Ja pak držim, da se ne može ništa divnije i veće zamisliti u crkvi Božjoj, nego li je prizor, kad biskupi zajedno sabrani sa sviju strana svijeta oko svoga glavara vijećaju u općenitim saborima o promicanju slave Božje i spasenju duša; Zato, prečasni oci, već u početku crkve apostoli održavaju sabor u Jerusalemu, namjeravajući dati primjer potomstvu, koji neka se u crkvi u sve vijeke nasljeduje; zato sveti Grgur Veliki uspoređuje četiri sabora svojega doba s knjigama evanđelja; zato je Durando, najveći bogoslov i crkveni pravnik na vienskom saboru, na pitanje, kakovim bi se lijekom izliječila tadanja zla ljudskoga društva, odgovorio: nema drugoga lijeka, nego često održavanje općenitih sabora; zato i kosnički sabor ne samo da uvelike hvali općenite sabore i do neba veliča njihove plodove, nego je i stvorio zakon o održavanju sabora u svakom desetljeću. Žaliti je samo, što se taj zakon nije mogao provoditi; jer po mom barem sudu i mom osvjedočenju ovako bi se predusrelo mnogim zlima, a možda i kobnoj reformaciji 16. vijeka. To je razlog, zašto i sam papa Pijo IV, zadahnut duhom Karla Boromejskoga, nije oklijevao da po svojim poslanicima izjavi, te bi drage volje privolio na desetgodišnje razdoblje sabora, ako se to zatraži.

No ako se, prečasni oci, ustali osobna i apsolutna nezabludivost rimskoga biskupa, po mom sudu biva očevidno, da će biti gotovo izlišni i beskorisni općeniti sabori (znaci negodovanja). Jer s potpunim se pravom može pitati: čemu da se češće sastaju biskupi iz čitavog svijeta, iz najudaljenijih dijelova katoličkog svijeta, ostavivši svoja stada i pustivši najsvetije čine svoje službe, ako sred crkve uvijek postoji osobni i apsolutni ugled, koji je uvijek tu, i uvijek dostaje, da se završe sve prepirke o vjeri i ćudoređu, i da uspostavi mir crkve, ako se slučajno poremeti?

Meni se uistinu čini, prečasni oci, što više ja o tom nimalo ne sumnjam, da je sveto pravo rimskih biskupa, da sazivaju općenite sabore;

quod libenter consentiret in decennalium conciliorum periodum, si id postularetur.

Verum, reverendissimi patres, stabilita personali et apsoluta Romani pontificis infallibilitate, manifestum meo iudicio fit concilia generalia pene superflua et inutilia evasura (signa improbationis). Nam iure merito quodammodo quaeri potest: ut quid episcopi ex toto terrarum orbe, ex dissitissimis orbis catholici partibus, relictis gregibus suis, missis sanctissimis ministerii sui functionibus, in unum frequentius convenirent, si in medio ecclesiae semper adesset personalis et absoluta auctoritas, quae semper praesto sit, semperque sufficiant ad omnes controversias fidei et morum definiendas, et tranquilitatem ecclesiae ne fors turbatam restituendam ?[10])

Mihi equidem, reverendissimi patres, videtur, immo mihi indubium est, sanctum esse Romanorum pontificum ius concilia generalia convocandi; sancta mihi est certe eorum inviolabilis libertas ea quando voluerint convocando: sed cogitandum quod omni iuri etiam respondeat obligatio, quae aliquando adeo urgens esse potest, ut ab eius implemento totius ecclesiae salus et tranquilitas et inumerabilium animarum salus dependeat.

Ego suffragio meo capiti IV schematis nostri dato nollem ullo modo cooperari videri, ut hoc concilium quasi ultimum esse videatur; quod meo saltem iudicio eo magis dolendum foret, quo iuxta meam sententiam ecclesia, tenera gentium et populorum mater, priscum suum vigorem et priscam suam foecunditatem vix alio modo recuperabit, quam frequentiori conciliorum generalium celebratione; cui ipsa providentia divina annuere videtur, quae in expeditissimis illis viarum et itinerum compendiis etiam ecclesiae suae insigne medium dedit unitatis suae, magis quam hucusque factum fuerit, exercendae.[11])

Verum ut concilia generalia sublimi fini suo respondere possint, sancta utique et inviolabilia esse oportet aute omnia iura primatus divini; sed eodem modo sancta esse debent et salva iura episcoporum (murmur). Mihi autem iis quae in expositione schematis, puto, folio 34, 35, 36, dicuntur de iudicatu episcoporum, mihi videtur huic iuri episcoporum praeiudicari, in specie gravissimo episcoporum iuri de magisterio et iudicatu divino. Quidquid enim adusque dictum est, quidquid hoc obtentu observatum est, mea sententia et convictione, ad essentiam iudicii, quod episcopi in concilio generali exercent, huc spectat, ut non tantum confirmare, explicare, approbare, verum etiam pro conscientiae et convictionis suae episcopalis ratione quandoque etiam removere possint. Nisi enim hoc admittatur, naturalis vigor et virtus verborum Christi minuitur: *Euntes docete omnes gentes*; nisi enim hoc admittatur, naturalis vigor et virtus imminuitur verborum Christi: *Quidquid solveritis in terra solutum erit et in coelis, et quidquid ligaveritis in terris, erit ligatum et in caelis*; nisi enim hoc admittatur, mihi videtur naturalis vigor verborum sancti Cypriani minui qui dicit, unum et indivisum esse in toto terrarum orbe episcopatum, cuius a singulis in solidum pars tenetur. Meo quidem iudicio episcopi nunquam huic suo iuri renunciare possunt, quin eo ipso ipsam etiam conciliorum generalium auctoritatem et libertatem periculo exponent.[12])

Dictum equidem hic fuit et in expositione schematis dicitur, contrarium doceri in epistola Leonis Magni ad Flavianum. Verum mea sententia et ex omnium conciliorum actis, quae utinam hic essent et

meni je zaista sveta njihova nepovrjediva sloboda, da ih sazivaju, kada hoće: ali valja pomisliti, da svakom pravu odgovara i dužnost, koja može katkada biti tako prešna, da o njezinu ispunjenju ovisi spas i mir čitave crkve te spas nebrojenih duša.

Ja ne bih nipošto htio svojim glasovanjem za IV. poglavlje našega teksta da se čini te i ja surađujem u tom, da se za ovaj sabor čini kao da je posljednji; to bi valjalo po mom barem sudu tim većma žaliti, što bi po mom mišljenju crkva, nježna majka naroda i puka, jedva kako drukčije mogla ponovno zadobiti svoju staru životnu snagu i svoju starodrevnu plodnost, nego li što češćim održavanjem općenitih sabora; za to čini se, kao da je dala mig sama božja providnost, što je također crkvi svojoj dala u onim najzgodnijim skupovima puteva i staza odlično pomagalo da izvršuje svoje jedinstvo, i to većma nego li se to dosele činilo.

Ali da općeniti sabori uzmognu odgovarati svojoj uzvišenoj svrsi, razumije se, da treba te budu prije svega nepovrijeđena prava božanstvenog primata; ali jednako sveta i zdrava treba da budu i prava biskupa (mrmljanje). Meni se pak čini, da se onim, što se govori u izlaganju teksta mislim na listu 34, 35, 36 o rasuđivanju biskupa, meni se čini, da se presiže u pravo biskupa, napose u najveće biskupsko pravo o božanstvenoj učiteljskoj i sudačkoj službi. Bilo dosele rečeno, što mu drago, i štogod se s ovoga gledišta primijetilo, po mom mišljenju i uvjerenju, na bit rasuđivanja, što ga biskupi izvršuju u općenitom saboru, amo pripada i to, da mogu ne samo potvrđivati, izjašnjavati i odobravati, nego da mogu također po svojoj biskupskoj savjesti i uvjerenju katkada i uklanjati. Jer ako se to ne dopušta, umanjuje se prirodna životna snaga i jakost Kristovih riječi: *Idite i naučavajte sve narode*: jer ako se to ne dopušta, umanjuje se prirodna životna snaga i jakost Kristovih riječi: *Štogod razriješite na zemlji, bit će razriješeno i na nebesima, i štogod svežete na zemlji, bit će svezano i na nebesima*; jer ako se to ne dopušta, meni se čini, da se umanjuje prirodna životna snaga riječi svetog Ciprijana, koji kaže, da je jedan i nerazdijeljen episkopat na čitavom svijetu, na kom svaki pojedinac u cijelosti udioništvuje. I po mom sudu, biskupi se ne mogu odreći ovoga svoga prava, a da time ujedno ne izvrgnu pogibli također ugled i slobodu općih sabora.

Bilo je nadalje ovdje rečeno, a i u izlaganju teksta se kaže, da se protivno uči u poslanici Leona Velikoga Flavijanu. Ali po mom mišljenju iz spisa sviju sabora, što kamo sreće da ih imademo ovdje i da se čitaju! kažem iz spisa sviju sabora, kolikogod ih se održalo u crkvi Božjoj, jasno je to, da biskupi nijesu na saborima kod prosuđivanja poznavali nikakvih drugih granica, nego one, što ih stavljaju izjave svetoga pisma i božanstvene predaje.

Istina je, da je Kalcedonski sabor, kad je saslušao poslanicu Leona Velikoga, jednoglasno i veselo uskliknuo: „Petar govori na usta Leonova, svi tako vjerujemo, tako mislimo, svi se držimo te poslanice"; time je iskazana opravdana počast prvoj stolici, ali je ujedno iskazana i počast umu i rječitosti svetoga Leona, koji je divnim načinom izložio u svojoj poslanici katolički nauk: i u toj je stvari sveti Leon imao druga i premca svetog Ćirila Aleksandrijskog, komu je isto tako sabor poklicima odobravao. Uostalom, tko je proučio spise kalcedonskog sabora, ni za čas ne će zanijekati, da je poslanica Leonova tijekom

legerentur! ex omnium dico quotquot in ecclesia Dei celebrata sunt conciliorum actis hoc apparet, episcopos in iudicando in concilio nullos alios limites novisse quam eos, quos ponerent sacrarum scripturam et traditionis divinae oracula.

Verum quidem est concilium Chalcedonense audita Leonis Magni epistola uno ore et laetabundum exclamasse: „Petrus per Leonem loquitur, omnes ita credimus, ita sentimus, omnes huic epistolae adhaeremus"; tributum iuste datum primae sedi, sed tributum etiam datum sancti Leonis ingenio et eloquentiae, qui mirum in modum doctrinam catholicam in epistola sua exposuit: qua quidem in re sanctus Leo consortem et comparem habuit Cyrillum Alexandrinum, cui eodem modo per concilium acclamatum fuit. Caeterum qui acta expenderit concilii Chalcedonensis, nullo momento negabit epistolam Leonis successu temporis expensam et ad amussin sacrarum Scripturarum et traditionis fuisse examinatam. Ideo omnes quotquot huic epistolae subscripsere, in hunc modum subscribunt: subscribimus quia haec epistola sacrae Scripturae conformis est, quia haec epistola conformis est symbolo Nicaeno, conformis symbolo Constantinopolitano;[13]) et divinae providentiae munere factum est, ut in concilio Chalcedonensi non tantum unus alterve episcopus de orthodoxia huius epistolae dubitaret, sed episcopi magnarum provinciarum ut episcopi Illyrici et Palestinae, quibus concilium et tempus et occasionem et subsidia dedit, ut epistolam examinare et libere iudicium suum ferre possent. Et ideo hoc respectu episcopus Rottenburgensis frater et amicus meus bene et ingeniose dixerat, concilium Chalcedonense ne momento quidem dubitasse de iure episcoporum dubitandi. Cumque eum honoris causa novinaverim, liceat mihi observare eum frustra contradictionis argui in antiquis suis et recentissimis scriptis, quedmadmodum in hoc loco quidem factum est, ideo quia eminentissimus Dublinensis indubitate ex erronea gallica versione in errorem ductus est, etiam illustrissimus amicus suo tempore uberius hanc rem explanabit (Cf. opusculum Neapoli pariter editum non Romae, cui titulus: Defensio episcopi Rottenburgensis).

Caeterum in concilio Chalcedonensi in epistolam s. Leonis veri nominis iudicium exercitum fuisse, duplici testimonio externo probari iuxta meam sententiam potest. Et primo quidem testimonio ipsius Leonis Magni, qui in epistola sua 93 alias 63 hunc circiter in modum loquitur: „Gloriamur, inquit, et Deo immortali gratias agimus, qui nullum nos in nostris fratribus detrimentum sustinere permisit": praesupponit igitur Leo Magnus detrimentum pati se potuisse in fratribus. Immortales quoque gratias agit Deo, quod quae prius erant eius iudicio definita, irretractabili fraternitatis universae assensu sint acceptata. Gratias agit Deo, quod contradictores in concilio Chalcedonensi fuerint, quia hoc modo, inquit, fiet ut mundus non possit dicere, vel assentatione vel ex quocumque ignobili motivo episcopos praestitisse assensum epistolae meae. Tandem concludit significantissimis hisce verbis; „Multum sacerdotalis officii splendescit, ubi sic summorum servatur auctoritas, ut in nullo inferiorum putetur imminuta libertas. (Epist. CXX. inter opera sancti Leonis edit. Ballerini.) Ecce quomodo Leo Magnus ipse eam iudicandi vim, qua episcopi in concilio fruuntur ut non tantum approbare sed etiam reprobare possint, agnos-

vremena bila pretresena i sravnjena sa svetim Pismom i predajom. I zato su svi, koji su god ovu poslanicu potpisali, ovako potpisali: potpisujemo, jer se ova poslanica slaže sa svetim Pismom, jer se ova poslanica slaže s nicejskim vjerovanjem i slaže se s carigradskim vjerovanjem; a po dopuštenju božje providnosti zbilo se, da na kalcedonskom saboru nije tek ovaj ili onaj biskup dvojio o pravovjerju ove poslanice, nego i biskupi velikih pokrajina kao biskupi iz Ilirika i Palestine, ali im je sabor dao vremena i zgode i pomagala, da prouče poslanicu i uzmognu slobodno izreći svoj sud. I zato je s ovog stajališta dobro i umno rekao moj pobratim i prijatelj biskup rottenburški, da kalcedonski sabor nije ni za čas posumnjao o biskupskom pravu dvojenja. Kad sam ga imao čast imenovati, neka mi je dopušteno da primijetim, da ga se uzalud okrivljuje zbog protuslovlja između njegovih starih i najnovijih spisa, kako je to učinjeno i na tom mjestu zato, jer je uzoriti Dublinski nedvojbeno bio zaveden u bludnju pogrješnim francuskim prijevodom, a to će i presvijetli prijatelj u svoje vrijeme opširnije razjasniti.

Uostalom, da se o poslanici sv. Leona na kalcedonskom saboru u pravom smislu riječi rasuđivalo, može se po mom mišljenju dokazati dvostrukim spoljašnjim svjedočanstvom. Ponajprije svjedočanstvom samoga Leona Velikoga, koji u svojoj poslanici 93 ili drukčije 63 kaže otprilike ovo: „Na čast nam je, kaže, i zahvaljujemo Bogu besmrtnome, koji nije dopustio, da mi pretrpimo ikakvu štetu među svojom braćom". Leon Veliki dakle pretpostavlja, da je mogao trpjeti štetu među braćom. Jednako daje besmrtnu hvalu Bogu zato, što je prihvaćeno neopozivom privolom svekolikog bratstva ono, što je prije bilo njegovim sudom određeno. Zahvaljuje Bogu i zato, što je na kalcedonskom saboru bilo i takvih, koji su imali protivno mišljenje, jer se tako zbilo — kaže — da svijet ne može reći, da su biskupi privoljeli na moju poslanicu iz udvornosti ili zbog kakvoga mu drago neplemenita razloga. Najposlije završuje ovim veoma značajnim riječima: „Uvelike se ističe sjaj svećeničke službe, gdje se tako pazi na ugled najviših, da ni u koga među nižima nije umanjena sloboda". Evo dakle, kako sam Leo Veliki priznaje tu snagu rasuđivanja, što je uživaju biskupi na saboru, da mogu ne samo odobravati, nego i osuđivati, te kako s tom snagom spaja saborsku slobodu i ugled.

Drugo spoljašnje svjeddočanstvo uzet ću od Bellarmina. Da uzmogne predusresti poteškoćama u pitanjima kalcedonskog sabora o pravom rasuđivanju Leonove poslanice Flaviju, kaže Bellarmin u svojoj povijesti sabora, ako se dobro sjećam, u knjizi II. ovo: Ova poslanica, što je bila upravljena kalcedonskom saboru nije bila zaključna, nego je bila samo u svrhu upute, i zato je kalcedonski sabor mogao doista i stvarno o njoj rasuđivati. Budući pak da se to danas nikako ne će da dopusti, mora se dopustiti na osnovi Bellarminova svjedočanstva, da je kalcedonski sabor uistinu i stvarno vršio vlast rasuđivanja.

Ponavljam, ja se nikada ne mogu odreći ovoga biskupskog prava, jer je ono božanstvenog podrijetla, jer je ono sadržano u biskupskoj službi, jer je ovo dano u svrhu naziđivanja crkve, i ovo se pravo u prvom redu tiče saborskog ugleda i slobode: ovu je slobodu tridentski sabor tako sveto čuvao, da ju je smatrao povrijeđenom samo dvjema

cit, et quomodo cum ipsa libertatem concilii et auctoritatem in connexione ponit.[14])

Alterum testimonium externum desumam ex Bellarmino. Bellarminus in sua historia conciliorum lib. II, si bene memini, ut difficultatibus obviet ex quaestionibus concilii Chalcedonensis de vero epistolae Leonis ad Flavium iudicatu, hoc dicit: hanc epistolam ad concilium Chalcedonense missam non fuisse definitivam, verum fuisse sollummodo instructivam, atque ideo concilium Chalcedonense potuisse vere ac realiter iudicium exercere. Sed cum id hodie nullomodo admittatur, admitti debet ex Bellarmino, concilium Chalcedonense vere et realiter iudicium exercuisse.[15])

Ego, repeto, huic iuri episcoporum nunquam renuntiare possum, quia hoc est originis divinae, quia hoc muneri episcopali inhaeret, quia hoc datum est in aedificationem ecclesiae, et hoc ius proxime attingit auctoritatem concilii et libertatem: quam libertatem tam sancte concilium Tridentinum custodivit, ut eam laesam putaverit duobus saltem vocabulis a proponentibus legatis sess. XVII prolatis. Et quamquam Pius IV pontifex per legatos non semel sed iterato patribus concilii Tridentini declaraverit his duabus vocibus, proponentibus legatis, non agi ullo modo de libertate patrum minuenda, verum de confusione evitanda; concilium tamen Tridentinum, episcopi in primis Hispaniae et Galliae eo usque non quieverunt, quousque hae duae voces libertati concilii praeiudicantes sess. XXV solemniter retractatae non fuerint, et ita explicitae, ut nulli episcoporum iuri et auctoritati, ut concilium dicit, canonum et decretorum futuris temporibus nunquam praeiudicare possint. Ita bene fecit concilium Tridentinum et sapientissimae, quod has et similes quaestiones non definiret.

Dictum est ab uno reverendissimorum patrum, et si bene memini ab archiepiscopo Westmonasteriensi, quod concilium Tridentinum occasionem non habuerit huius definitionis faciendae. Verum Deus immortalis! concilium Tridentinum si occasionem non habuit huius definitionis faciendae, nulla umquam occasio erit. Ut notum est, tunc agebatur cum protestantibus, qui totam ecclesiae auctoritatem negabant, qui omnem in ecclesia potestatem et omne ius eidem surripere volebant.[16])

Aeque dictum est, reverendissimi patres, per hanc definitionem, si facta fuisset, his controversiis quae in Galliis et in Germania subinde enatae fuerunt, finis impositus fuisset. Meo quidem iudicio et omnis quicumque historiam concilii Tridentini probe discusserit, qui noverit historiam eius temporis Galliae, Germaniae, Hispaniae, concilium Tridentinum faciendo eiusmodi decisionem non tantum non praevenisset controversias in Gallia et Germania enatas, quae quanto nocivae erant, propria virtute earum ecclesiarum sanatae sunt; verum novis et gravissimis controversiis tum in Gallia tum in Germania tum in Hispania occasionem dedisset. Et ideo ego existimo concilium Tridentinum sapientissime et prudentissime fecisse; et si quod votum ego hic publice edere possum, illud est ut, quantum saltem possibile, vestigiis concilii Tridentini insistamus, quia illud sapienter et prudenter agendo erexit monumentum aere perennius, nulla vetustate temporum obliterandum. Ad quas prudentiae et sapientiae regulas certe illa pertinet per Pium IV, spiritu sancti Caroli Borromaei imbutum, data ut nihil in concilio

riječima, što su ih u XVII. sjednici izrekli legati prigodom predlaganja. I premda je papa Pijo IV ne jedamput nego ponovno po poslanicima izjavio ocima tridentskoga sabora, da se ovim dvjema riječima, što ih predlažu poslanici, nipošto ne radi o tom, da se umanji sloboda otaca nego o tom, da se izbjegne zabuni; ipak nije tridentski sabor, a naro čito španjolski i francuski biskupi, nijesu mirovali sve dotle, doklegod nijesu ove dvije riječi, što okrnjuju slobodu sabora, u 25. sjednici bile svečano opozvane i tako razjašnjene, da se ne može nikada ubuduće povrijediti, kako kaže sabor, ikojim kanonom ili dekretom koje pravo ili ugled biskupa. Dobro je i mudro to učinio tridentski sabor, što nije ništa konačno zaključio o tim i sličnim pitanjima.

